

Par

412


CATONIS

Sensa & Disticha cum scholis Erasmi.

Mimi Publani & Carmina Erasmi.

Isocratis Parendesis & Eucherii Lugduñ. epistola
de philosophia christiana p Erasmi illustrata.

78



¶ Venundantur Badio.

Clodocus Badius Ascensius, D. Ioanni Aegid^o
Nuceriensi sacerdoti optimo & diuini ver-
bi cōcionatori laudatissimo, S. D.



Vandoquidem tātōpere Erasmi-
ca scholia in Catonis (sic cōm vul-
go recepta sunt) disticha moralia
efflagitas Ioannes charissime, at-
q; ea quæ cura Nicolai Bonæspæi
Parrhisijs emissa fuerant, exem-
pla, aut nulla extant aut tam de-
prauata vt lectiōne tua indigna
sint: disquisiui anxie meliora, inueniq; egre vnū exem-
plum impressionis Louaniensis neutiq; quidem pœni-
tendę, sed quia hoc maligno tempore plura transuehi
nequeūt, curauī ea cum alijs appositis in Enchiridion
coimprimēda: adiecturus, si iterum dabitur imprime-
re, & ea quę abhinc annos triginta emisimus, & quę nu-
per commenti sumus, in eundem Catonem, scholia: nō
quæ Erasimicis certent, id enim perinde esset, ac si certa-
rent Phœbū superare canendo: neq; vt illis lumen ad-
ferant, sunt enim omnia illius viri syntagmata, vel so-
le in meridie lucidiora: sed vt tuę tuiq; similibus ami-
corū efflagitationi satisfaciam: quippe qui soletis meas
esse aliquid putare nugas. Vale. E chalcographia no-
stra apud Parrhisios sub Natalē dñicū. M. D. XXII.

Theodoricus Martinus Alostensis typogra-
phus candido lectori S. D.

SI non sine causa laudatum est a plerisque Hesi-
odum illud, & γὰρ ἄλλοις ἔστι βροτοῖσι, cum
faber iudet fabro aut vicin^o vicino ad opes
properanti, quanto magis laudandū est hoc
pulcherrimum certamen, si typographi pro se quisque
certemus, edendis optimis & emendatissimis libris nō
alio modo, verum etiam in dies nos ipos vincere, quā
victorię genus Plato multo omnium pulcherrimum
iudicat. Neque tamen refugio antagonistas, modo rectis
rationibus deceretur, hoc est, ut is palmam ferat, quē
quā optimos libros, quā emendatissime dederit. Formula-
rum mearum me non pœnitet, & ei Academię mea de-
sudat officina, quę ut parē alicubi habeat, certe superio-
rem non habet, quodcumque disciplinarum aut ornamē-
torum genus ad calculum voces. hoc certe peculiariter
eminens, quod vna omnium tres exhibeat, qui singuli sin-
gulas linguas profiteantur, græcam, hæbraicam & lati-
nam, idque tum gratis, tum magnifico salario, quā in hūc
vsum legavit, egregius ille vir & omnium seculorū me-
moria dignus Hieronymus Bussidius quondam præ-
positus Ariēsis. Quā pulcherrimum facinus, ut alij ali-
bi imitentur, Certe exempli laus penes indy tam Loua-
niensium Academiam semper futura est. Quā superest,
ipse admirar, ne vel bonorum studijs, vel huius scho-
lę glorię, vel meo officio videar defuisse. τῶν ὁμοτέ-
χων partes erunt, virtute laudem ambire, non male-
dictis ledere. Sunt horum aliquot antehæ & ab alijs, &
a nobis edita, fateor: sed ea nūc denuo a me ita tractata
ut noua videri possint. Bene vale, ac faue lector optime
id tuo bono factururus. Louanij, An. M. D. XVII.

CATONIS

Epigramma Gerardi Nouiomagi in
 laudem D. Erasmi Roterodami Thelo-
 gi eloquentissimi

Attica se claram iactat Demosthene tellus,
 Facundus colitur Tullius Aufoniis,
 Agricolá Phriscus celebrat: Germanus Erasmi
 Mellissuum laudet, cantet, ad astra ferat,
 Cuius ab ore fluit melliti gurguris vnda,
 Oblectat mentes quæ Cicerone magis.
 Nam docet ingenuos animos sermone polito
 Et recte sapere, & verba diserta loqui.

Erasmus Roterodamus. M. Ioanni
Neuio Hondiscorano Liliano
rum apud inclytum Loua
nium Gymnasiarchæ.

S. D. P.



Isticha moralia vulgo Catonis
inscripta titulo, Neuī theologo
rum decus, primum diligenter
a mendis repurgauimus, colla-
ta Planudis interpretatione, tā
metſi græculus ille Romani car-
minis ſententiam ſapenumero
non aſſequi. Addidimus & ſcho-
lia, perbreuia quidē illa, ſed ali-
quanto commodiora, ni fallor, ijs commentarijs, qui-
bus duo quidam opusculum hoc contaminauerāt, quo-
rum alter inſulſiſſime rhetoricatur, homo ipſa infan-
tia infantior, alter ineptiſſime philoſophatur, vterq;
ὄν Δεῦ ποδὸς ἔπος loquitur. Porro cui⁹ autoris ſit hoc
opus & vtrum vnus an plurium, non admodum re-
ferre puto. Catonis ob id tātum arbitror dici, q̄ ſentē-
tias habeat Catone dignas, Adieciſus hiſ Mimos pu-
blicos, falſo inſcriptos Senecæ proueria. Atq; hiſ
quoq; caſtigatiſ, (offendiſus enim deprauatiſſimos)
adſcripſimus breuiſſima ſcholia, reiectiſ ijs, quę perpe-
ram erant admixta ex aliorū libris, tum appoſitiſ ali-
quot ex Auli Gellij noctibus, & Senecæ controuerſiſ.
Sed interim clamabit, vitiligator aliquiſ, hui Theolo-
gum in tam friuoliſ verſari nugis? Primum ego nihil
faſſidiendum duco, quantūuis humile, qđ ad bonas p-
tineat literas, nedū hoſce verſus tāta Romani ſermōiſ
mūditię, tāq; ad bonos mores cōducibiſes. Qđ cur me

a iij

pudeat in hoc genere pauculas horas collocare, in quo non pauci scriptores græci non mediocri cū laude sunt versati? Nā extant & hodie Theognidis sententię, Phocylidis & Pythagoræ præcepta, non ab re aurea dicta. Deniq; si mihi indecorum esse volunt, emendasse hæc tam humilia & explanasse, multo foedius erit, eadem & deprauata fuisse, & (quod ex ipsorum liquet commentarijs) ista tam puerilia non intellecta fuisse ab ijs viris, qui se nihil nescire putant. Nam Publij Mimos quos contemnat, quos Iulius Gellius lepidissimos, Seneca discretissimos vocat, cuiusque sententias (vt idem testatur) non piguit summos etiam rhetores æmulari? Addidimus & septem sapientum celebria dicta, & hominis Christiani institutum, quod nos carmine dilucido magis, quam elaborato sumus interpretati, conscriptum antea sermone Britannico, a Ioanne Colecto, quo viro non alium habet mea quidem sententia, florentissimum Anglorum imperium, vel magis piū, vel qui Christum verius sapiat. Hoc quicquid est laboris, tibi nuncupandum duximus mi Neui ornatissime, simul vt habeas, quod tuis prælegi cures alumnis, quos nulla neque literarum, neque morum barbarie sinis infici, simul vt hoc qualecunque monumentum, non sinat nostram necessitudinem intermori. Non me clā est, quod sit hoc plus quam leuidentse munusculum impar magnitudini tuæ, qui cum eruditione rara, tum moribus non minus integris quam festiuis, & ornas ornatissimum Theologorum ordinem, & illustras. Verū confidebam fore, vt optimo viro, libellum quantumuis pusillum ipsa commēdaret vtilitas. Bene Vale. Louanij. Anno. M. D. XIII. Calen. Augu.

COpusculū elegātissimū, quod inscribitur **Ca**
to de p̄ceptis vitę cōmunis, Erasmo Roterodamo ca
stigatorē, & interprete.



Vm animaduerte
rem. q̄ plurimos ho
mines grauiter er
rare in viā morū,
succurrendū & cō
sulēdum eorū opi
nioni fore existima
ui. Maxime vt glo
riose viuerēt, & ho
norem cōtingerēt.
Nunc te fili charis

sime docebo, quo pacto mores animi tui compo
nas. Igitur p̄cepta mea ita legas, vt intelligas.
Nam Legere & non intelligere, negligere est.

Itaq; deo supplica. Parentes ama.

Prima pietas est in deum. Proxima in parētes.

Cognatos cole.

Tertia in reliquos cognatos. Supplicamus deo sacrifi
cijs. Amamus parētes, dum obseruam⁹ & obseqmur.
Colimus cognatos officijs & consuetudine vitę.

Magistrum metue.

Olīm dabat ingenuis pueris p̄dagog⁹, quē vererētur,
Hūc magr̄m vocat. Et aiaduerte verboꝝ p̄petatē. Deo
supplicādum est. Parētes amādi. Cognati colēdi. Magr̄
metuēd⁹, q̄ppe seru⁹ plerūq; iuxta veterū cōsuetudinē.

a iiij

Datum serua.

Quod tuę creditum est fidei, id serua, veluti depositū.

Foro te para.

Id est, his artibus te exerceas, vt possis in foro versari, hoc est, in causis agendis. Nam hic erat olim primus gradus ad honores summos. Legi in quibusdā vetustissimis codicibus, Foro pare, id est accomoda te rebus presentibus, quemadmodū dicimus, vti foro. Cum hoc interpretamento consentit græcus Planudes. Neq; dubium est, quin hæc sit germana lectio.

Cum bonis ambula.

Cum optimis habeto consuetudinem. Nam primū talem te iudicabūt, cū qualibus cōspexerint te cōsuetudinem agere, deinde bonorū cōiūctū redderis melior.

Ad consilium ne accesseris, anteq̃ voceris. Ne ingeras teipm̄ alienis negociis, s; accersit⁹ accedas.

Mundus esto.

Id est, neq; sordid⁹, neq; luxuriosus, sed elegāti mūditię.

Saluta libenter.

Conciliat enim ea comitas, & affabilitas, multorū beneuolentiam: & alit partam.

Maiori cede,

Id est, noli certare cum potentioribus.

Minori parce.

Id est, noli sequi in eos, qui sunt inferiores, sed illis concede nonnihil.

Rem tuam custodi.

Ne profundas temere facultates tuas, ne vel turpiter egeas, vel turpius rem pares.

Verecundiam serua.

Id est, serua te incontaminatū ac purū ab inquinamen

tis libidinum. Castum em̄ verecundum dicitur. Est au-
tem ætatis flos his periculis obnoxius.

Diligentiam adhibe.

Cura in omni re plurimum valet. Negligentia semper
comitem habet infelicitatem.

Libros lege.

Nā ex his cito discit, qđ lōgo vitę vsu vix asseq̄ queas.

Quos legeris memento.

Nam quidam onerant se lectione, alia super alia inge-
rentes, neq; quicq; insculpunt memorię.

Familiam cura.

Domestica negocia tibi curanda sunt, non aliena.

Blandus esto.

Id est comis in congressu.

Iraſci ab re noli.

Non sis morosus. Nam omnino non cōmoueri, si pi-
tis est potius q̄ hominis.

Neminem irriseris.

Est enim argumentum arrogantis stultitię.

Vel miserum ne irriseris.

Sic em̄ quidā codices habēt. Hoc est, animi vitia rideri
merētur, calamitas misericordiā meret̄ poti⁹ q̄ nasuz.

Mutuū dato.

Cui des videro.

Est quidē aliquādo danda pecunia mutuo, sed non qui-
buslibet, sed reddituris bona fide, sed dignis officio, de-
nique ijs quibus nō graueris & dono dare.

Iudicio adesto.

Ad sunt aduocati, & id olim erat officium præcipuū in
amicos adesse in iudicijs.

Conuiuare raro.

Sæpius vocare ad conuiuium exhaurit substantiam,
 sæpius ire ad conuiuium sordidum est, At rarius id fa-
 cere humanitatis est.

Quod satis est dormi.
 Hoc est non ad voluptatem, sed necessitatem naturę.

Iurandum serua.
 Non est temere iurandum, quod autem iuraris, prestā-
 dum est, nisi scelus sit quod iuraris.

Vino te tempera.
 Esto moderatus in vino, vel abstine a vino. Nā adules-
 centi dare vinum, est oleum igni addere.

Pugna pro patria.
 Pugnandum est non pro quauis re, sed pro defensio-
 ne patrię. Nā Carum more, mercede pugnare turpissi-
 mum est, & plusq̃ gladiatorium.

Nil temere credideris.
 Id est facilis sis ad credenda quę uis, quę dicuntur.

Tu te consule.
 A teipso pete consilium, qui te tuaq; optime nosti.

Aut, tuto consule.
 Id est caue a consilijs periculosis, tuta consilia sequere.
 Nam duplex est lectio.

Meretricem fuge. Literas discere.
 Aetas em̃ p̃ma studio literarū optie coerces a scortis.

Nil mentiri debes.
 Turpe in puero ingenuo omne mendacium.

Bonis benefacito.
 Beneficia nō sunt cōferēda, nisi in bonos, alioq̃ pereūt.

Maledicus ne esto.
 Id est a conuicijs tempera. neq; carpas vitam alicuius.

Existimationem retine.

Bonam famam tuere, ne perdas, perit em̄ facile. At nō facile sarcitur.

Aequum iudica.

Id est, non ad lucrū aut gratiā, sed ad regulā æquitatis.

Parentes patientia vince.

Ferendi sunt parentes, etiam iniquiores.

Beneficij accepti memor esto.

Nā dati pulchrū est obliuisci. Accepti meminisse decet.

Ad pratorium stato.

Multa enim discuntur in agendis causis.

Consultus esto.

Id est, calleas scientiam & morem iuris, vt possis amicis opitulari.

Vtere virtute.

Non viribus neq; dolo.

Iracundiam tempera.

Ante monuit non esse irascendū, sine causa. Nūc admonet iustam etiam iram moderandam esse.

Trocho lude. Aleas fuge.

Trochus cōuenit pueris. Alea infamis erat & apud gentiles. Nūc principū Christianorū Iulus est, imo quorūdam etiam sacerdotum delicia.

Nihil ex arbitrio virium feceris.

Tyrānicū em̄ est respicere quātū possis, nō quātū liceat.

Mīnorem te ne contempseris.

Ne fastidias inferiorem te, quod est elati, non cordati.

Aliena concupiscere noli. Coniugem ama.

Esto contentus tuis. Vt omnīū fortunarū sociā.

Liberos erudi.

Filios castiga & institue.

Patere legem quam ipse tuleris.
 Quã cõditionẽ præscribis alijs, eadẽ vttere ipse in alios,
 Pauca in conuiuio loquere.
 Vt sit alijs etiam loquendi locus.

Illud stude quod iustum est.
 Quod turpe factu est, id ne affectes.

Amorem libenter ferto.
 Odium omnibus modis fugiendum est. Amor ample-
 ctendus, etiam si quis parum dignus est, qui redamef,
 tamen amari te patere.

Disticha dicta Catonis



Si deus est animus, nobis vt
 carmina dicunt,
 Hic tibi præcipue sit pura
 mente colendus.
 Vulgus existimabat deum placari
 victimis pecudũ, rebusq; cor-
 poreis. Verum cum deus ipse sit
 animus, hoc est mens, non corpus, & consentaneum est
 simile gaudere simili, nimirum potissimũ colendus est
 puritate mentis. Quin & hodie vulgus Christianorũ
 corporeis quibusdã ceremonijs colit deum, cum gratis
 simus cultus sit animi pietas. Tales enim adoratores
 querit pater, qui in spiritu adorent, cum ipse sit spiri-
 tus. Nulla gratior pietas diuis, q̃ si vitam illorum imi-
 teris. hoc est, tolerantiam, mansuetudinẽ, castimoniã.
 Atqui hæc animi sunt, Animus est deus. fac quantũ po-
 tes a corpore te abducas, & ad illum quãtum potes ac-
 cedas, & gratissimum immolaris sacrificiũ. Pura men-
 te. Nam vulgus lotis manibua ac pedibus ad sacrum
 accedebat. Tu mentem purga. Huius sordes deũ offen-

dunt, qui videt ea quæ sunt in animo non in corpore. Si deus, si hic non dubitantis est, sed ratiocinantis. Ut carmina. Nā Virgilius in sexto, deū spiritū & mētem vocat. Præcipue vt intelligas nō dānari cultū corporalem, sed hunc tamen, nēpe animi, esse deo gratissimum.

Plus vigila semper ne somno deditus esto,
Nam diuturna quies vitiiis alimenta ministrat.

Sensus est. Cū vita vigilia sit, iuxta Plinium, cauendū est ne maximā vitæ partē somno perdamus, p̄sertim cū e somnolētia vitia multa nascant & corporis, & animi.

Virtutem primam esse puta cōpescere linguā.
Proximus ille deo, qui scit ratione tacere.

Prima. id est summa maximaq; virtus est moderari linguā, ne quid temere loquaris. Deus enim qui sapientissimus est, raro loquit, & nō nisi necessaria. cum nihil nō videat, nihil non intelligat, Ita q; proximus est deo qui sapienter, & animi iudicio nouit tacere.

Sperne repugnando tibi tu contrarius esse,
Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse.

Qui secum ipse pugnat, nec sibi cōstat, huic cum alijs conuenire non potest. hoc est, qui moribus est inæqualibus, nec vllō certē vitæ instituto, is nō est aptus ad aliorum consuetudinem.

Si vitam inspicias hominum, si deniq; mores,
Cum culpent alios: nemo sine crimine viuit.

Mortales aliorū notant vitia, sua nemo videt. cū nullus vitij careat, si quis p̄pius vitā ac mores excutiat.

Quæ nocitura tenes, quæ sint cara, relinque,
Vtilitas opibus præponi tempore debet.

Aliquoties expedit in loco res charissimas abijcere, si periculum adferant, veluti gemmas & aurū, quo vita

fit in tuto, aut voluptates quo valetudini consulam?
 Non enim voluptas spectari debet, sed utilitas.

Constans & lenis, vt res exoptulat, esto.

Temporibus mores sapiens sine crimine mutat.

Pro tempore licet alios atq; alios mores sumere, vt
 mō grauis sis, mō lenis, hoc est placidus ac remissus, p
 re, p q; loco. Vide nū legēdū sit leuis p lenis, qd magis
 respōdet ad cōstās, vt sit sensus aliqñ p sūdū in senten
 tia, aliqñ mutādū, cōsiliū p tēpore. Porro versus cōsta
 bit si legas, Cōstās & leuis, vt res cunq; exoptulat esto.
 Neq; dubitē affirmare hāc germanā esse lectionē. Tāet
 si Planudes priorū sequit sentētiā, qppe q verterit hūc
 ī modū. ἐμβριθὸς ἔσο καὶ πραύος, ὡς γὰρ τὰ πράγματα
 & παῖτες. i. Seuerus esto ac placidus, put res postulat.

Nil temere vxori de seruis crede querenti.

Sepe etenim mulier, quem coniunx diligit, odit.

Illud vxoribus ferme peculiare est, vt maritos insi
 gent in seruos. Vnde monet, ne temere fidem habeant
 huiusmodi querelis.

Cunq; mones aliquem, nec se velit ipse moneri:

Si tibi sit charus, noli desistere coeptis.

Non satis est leuiter admonere peccantē amicum, vt
 gendus est, insistēdum, vt vel improbitate vincas, si qd
 erit, quod ad famam illius aut salutem pertineat.

Contra verbosos noli contendere verbis:

Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.

Si cum cordatis agas, non est opus multis verbis, Si
 cum stulto, frustra contendas, prop terea q stultitia
 verbosissima sit.

Dilige sic alios, vt sis tibi charus amicus.

Sic bonus esto bonis, ne te mala dāna sequant.

Sic amicis vtete, vt ipse tibi sis proxim⁹. Sic alijs bñfac,
ne tibi ipsi noceas. In p̄ore vsu ē venusta redditio simi
liū i dilige & amic⁹. In secūdo, p̄trarioꝝ i bon⁹ & mala.

Rumores fuge, ne incipias nouus autor haberi.
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum.

Ne quid in vulgus sparseris, propterea q̄ rumor sepe
penumero in eius caput recidit a quo profectus est. Si
rumor nihil habet periculi, tamen nihil nocet siluisse,
si quid habet, nocet locutum esse.

Rem tibi promissam, certo promittere noli.

Rara fides, ideo, quia multi multa loquuntur.

Noli certo promittere cuiq̄, alieni promissi fiducia.
Quod in te situm est, id prestare potes. Alienam fidem
prestare non potes. Et vulgus hominum ad pollicen-
dum facillimum, in prestando sepe fallit.

Cum quis te laudat, iudex tuus esse memento,
Plus alijs de te, tu q̄ tibi, credere noli.

Ne te ipsum estimaris aliorū laudatione, sed tua ip-
sius conscientia. Te ipsum interroga qualis sis, & si ani-
mus tibi respōderit te longe aliū esse, q̄ hic aut ille te fa-
cit, magis credere debes tibi ipsi, cui notior es, q̄ alijs.

Officium alterius multis narrare memento:

Atq̄ alijs cum tu benefeceris, ipse sileto.

Bñficii accepti meminisse oportet, obliuisci dati. Qui
dat beneficiū, eius est dissimulare se dedisse, ne cōmemo-
rādo videatur opprobare. Eius qui accepit, est passim
p̄dicare, ne videatur ingratus & immemor.

Multorum cum facta senex & dicta recenset,

Fac tibi succurrant, iuuenis que feceris ipse.

Senes qui multa viderūt & audierūt, multorū dicta
factaq̄ solēt referre. Sed curādū ē, vt ita nos geram⁹ in

iuuētute, vt in senectute succurrat nobis, nō solū quid alij recte dixerint aut fecerint, verū etiā quid nos ipsi. Ne cures, si quis tacito sermone loquatur.

Consciū ipse sibi de se putat omnia dici.

Cum videris quosdā inter se secreto colloqui, ne statim suspiceris eos male de te loqui. Nam id signum est hominis male sibi conscij.

Cum fueris foelix, quę sunt aduersa caueto,

Non eodem cursu respondent vltima primis.

In reb⁹ secūdis, ne quid accidat aduersi cauēdum est. Solet em̄ fortuna sepius verti in diuersum, & lētis ini-
tjjs addere tristem exitum. Ergo cum res secundę sunt maxime, tum maxime meditādū est, quo pacto aduersam fortunam feras, Ne si inexpectata venerit, & improuisum te oppresserit calamitas, succumbas.

Cum dubia & fragilis sit nobis vita tributa:

In morte alterius spem tu tibi ponere noli.

Legēdū est hoc hereditet, & q̄ testamētis inhiāt. Fit em̄ sepe numero, vt q̄ mortē alterius expectabat, prior ipse moriat etiā si iunior aut robustior fuerit. Nā ipsa hoīs vita fragilis & incerta res ē, & quouis casu abrūpit.

Exiguum munus cū dat tibi pauper amicus,

Accipito placide: plene & laudare memento.

Munera sunt estimāda nō suo precio, sed animo donātis. Ita legimus summos principes aquā caua manu haustā, & malū oblatū summa cū alacritate, perinde vt maximū mun⁹ accepisse. Accipito placide. alacri vultu vt ostēdas tibi gratū esse. Et plene. i. nō maligne, sed cā dide, vt prę te feras, p̄ exiguo munere te multū debere.

Infantem nudum cum te natura crearit,

Paupertatis onus patienter ferre memento.

Cum natura nudos pduxerit, satis intelligere possumus diuitias alienas esse, neq; scdm hominis naturā. Si membrū perdis, est fortasse quod doleas, aliquid tuū decellit, sin opes auferūtur, aut nō cōtingunt, noli valde cruciari. Siquidē in his quę vere sunt hominis, nihilo plus habent reges q̄ tu pauper. Vis scire, quid vere tuū sit; cogita quid habueris, cum nascereris.

Ne timeas illam, quę vitæ est vltima finis.

Qui mortē metuit, quod viuūt perdit id ipsum.

Qui mortem timet, nō solum non effugit mortem, sed insuper hoc ipsum vitę quod datur perdit. Nā anxie viuere, non est viuere.

Si tibi pro meritis nemo respondet amicus,

Inculcare deum noli, sed te ipse coerce.

Nihil est acerbius, q̄ amicus ingratus. Quod tamen si acciderit, non est imputandū deo, tanq̄ illius acciderit culpa. Quin potius te ipsum coerce, ne denuo benefacias ingratis. Quidam em̄ si beneficientibus fortuna nō respōdeat, superos inculant, dicentes eos nō habere rationem recte factorum, cum eius acciderit culpa, qui sine delectu contulit beneficium.

Ne tibi quid desit, quæsitis vttere parce.

Vtq; quod est, serues, semper tibi deesse putato.

Vttere parce, id est modice, non profuse, quæsitis, id est partis. Et vt serues quod habes, semper imaginare tibi deesse, vt semper aliquid addas. Sera autem (vt inquit Hesiodus) in fundo parsimonia est.

Quod præstare potes, ne bis promiseris vlli.

Ne sis ventosus, dum vis vrbanius haberi.

Quod nō possis efficere, ne semel quidē est promittēdū, ne temere facias. Porro quod præstare possis, id ite

rū atq; iterū promittere iactātię est, nō humanitatis.
Molestia est verbosa promissio, molestior exprobratio.

Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus,
Tu quoq; fac simile, sic ars deluditur arte.

Erga eū qui fūco vtitur, tu item cōtra vtere fūco, &
iuxta prouerbiū. Cretiza cōtra cretensem. Satius est re
tinere simulatum amicū, q̄ reddere apertū inimicum.
Id enim fiet, si ostenderis te sentire fucum,

Noli homines blandos nimīū sermone probare.
Fistula dulce canit, volucrē dū decipit auceps.

Semper suspecta sit tibi blandiloquentia. Nec æli-
mes homines ex bonis dictis, sed ex bene factis. Insidia
tur tibi quisquis admodum blandus est. Memento sic
capi & illici atres, videlicet imitatiōe vocis. Et assenta
tione maxima pars hominum capitur, dum adulator
se se ad omneis affectus attemperat.

Si tibi sunt nati, nec opes, tunc artibus illos

Instrue, quo possint inopem defendere vitam.

Artem, vt habet prouerbiū, non solum queuis ter
ra, sed quæuis etiam alit fortuna. Vnde certissimum
viaticum est ars, quæ, quocunq; terrarum venias, de-
fendit ab egestate. At nunc vulgus liberos suos, diuitū
aut principum ministerijs dedicat, vbi duo simul ma-
xima discant mala, luxum & ocium. Porro quod hic
præcepit pauperibus esse faciendum, id ego suaferim
diuitibus quoq; vt liberos suos iubeant artem aliquā
discere, vnde geminum commodum cōsequantur. Pri-
mum prima illa ætas artificio occupata longe pau-
cioribus insicietur vitijs. Deinde si fortuna abstulerit
opes, non erit cur vel mendicent, vel ad sordidas aut
fœdas artes adigantur, puta turpe ministerium, aut
militiam.

Qd̄ vile est carum, quod carū est, vile putato.
Sic tibi nec parcus, nec auarus habebis vlli.

Quod vulgus magni facit, tu cōtēne. Quod vulgus negligit, tu magni facito. Ita fiet, vt nec tibi sis parcus (Audebis em̄ vti, quę non magni facis.) Neq; cuiq; videris auarus, cū non expetes auide, neq; seruabis atfente, quę cupiūt illi. Vulgus plurimi facit diuitias, mi nimi facit probitatem & eruditionē. Tu inuerte cōsuetudinem. Res autē cuiq; tales sunt, qualis est de his opinio. Vulgus lautam rem putat pauonem, aut rhombū. Tu cōtra vilē rem putato, & puta esse rem lautissimā, ouum gallinę recēs, lactucam, pullum gallinaceum. Ita nec tibi videberis sordidus, cum habeas lauta tuo iudicio, nec aliorum expetes lautitias, quę tibi viles sunt.

Quę culpāre soles, ea tu ne feceris ipse.
Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum.

Turpe est id committere te, quod doces alios non esse cōmittendū. Vita turpis abrogat authoritatē docēti.

Qd̄ iustum est petito, vel quod videat̄ honestū.
Nam stultū est petere, quod possit iure negari.

Quod inhonestum est, a nemine petendū est. Nullus n. debet cuiq; in re turpi morē gerere. Aut sic, qd̄ iniustum est, id est, qd̄ non debetur, iure negari potest. Ergo nō a quouis petas, sed ab eo, cuius officiū est prestare qd̄ petis, neq; quiduis, sed qd̄ cū honestate coniunctū est. Nā id petitur aliquando & ab ijs, qui non debent.

Ignorum tibi nolito præponere notis.
Cognita iudicio constant, incognita casu.

Ne facile cōmutes nota, cū ignotis, puta amicum, vel rē, vel vitę genus. Notis enim commodius vteris, de quib; iudicare potes. Quę si bona sunt, rectius vteris.

Sin mala, facilius tolerabis. Quandoquidē iuxta Platum, nota mala, mala non sunt. Ignota vero cuiusmodi futura sint, incertum est. Fit autē sepe numero, vt quę in expetēdo putaris prima, in experiendo repudias.

Cum dubia incertis versetur vita periculis,

Pro lucro tibi pone diem, quicumq; laboras.

Planudes græcus legit in certis, vt sint duę dictiones. Sic. n. vertit τοῦ βίου ἀμφιβόλου φανεροῖ ὅτι πῆμα εἰς ὄντος πάσ μοχθῶν πρὸς κέρδος, κέρδος ὅπερ, βῆσηγού. Cum igitur vita per se incerta, verset in periculis incertis, vnūquęq; vitę diē in lucro deputa, vnū quisq; enim dies poterat esse vltimus, & incertum erat an tibi contingeret. Ergo in tot vitę periculis quicumq; dies non eripitur, is in lucro est imputandus. Quicumq; laboras id est quicumq; sollicitus es, & angeris huius vitę malis. Tametsi vt dixi, non ignoro Planuden se-
cus exposuisse. Sed non est sententia illum per omnia sequi. Nam mihi magis probatur, vt legamus incertis vnica dictione ad hunc modum. Cum vita dubia versetur, id est iactetur incertis periculis, id est casibus. Nā pericula hoc minus a nobis vitari possunt, quod incerta sunt. Vitasti naufragium, non vitasti ruinam, vitasti bellum, incidis in latrones, vitasti pestem, morderis a vipera. Mille periculis obnoxia est hominis vita, atq; his quidem incertis, & ob id inuitabilibus.

Vincere cum possis, interdum cede sodali,

Obsequio quoniam dulces retinentur amici.

Nihil hoc disticho elegantius fingi potuit. Obsecrandū aliquoties amicis, & de tuo iure cōcedēdū. Siqui dē ea facilitas ac morigeratio retinet amicos iamictia. Contra quidā dū obstinate rixant de lana caprina, malunt amicitiam rescindere q̄ vlla in re obseq aīo amici.

Ne dubites, cū magna petas, impendere parua:
His enim rebus coniūgit gratia charos.

Amicitia constat officijs mutuis, & iuxta puerbium
manus manū fricat. Gratia hic vocat deā beneuolētie,
Litē inferre caue, cum quo tibi gratia iūcta est.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.

Cauendum est, ne per iracundiam lis incidat cū ami-
co, ppter ea q̄ ex iurgio resident in animis vestigia que
dam, quæ beneuolentiam vertunt aliquoties in odiū.
Et nō optime coire solet semel rescissa concordia. Ergo
morositas om̄is & asperitas debet abesse ab amicitia.
Seruorum ob culpā cū te dolor vrget in iram,
Ipse tibi moderare, tuis vt parcere possis.

Ne punias seruū aut discipulum, q̄ diu senseris te ira
commotū. Pessimus enim auctor rerū gerendarū ira,
sed prius temperes animo tuo, vt sedata iracundia, vel
ignoscas, vel mitius punias. Ita philosophus quidam,
Punirē te (Inquit seruo) ni iratus essem. Et Plato subla-
to in seruū baculo, rogatus quid ageret. Ego inquit ca-
stigo hunc intemperantē, seipsum significās ira cōcitū.

Quem superare potes, interdum vince ferendo:
Maxima enim morum semper patientia virtus.

Maximi animi est cum possis vincere, pati tamē vt
vincaris, & negligere aduersarium. Hac virtute inter
mortales non est alia præstantior.

Conserua potius quę sunt iam parua labore.

Cū labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Facilius ac tutius est seruare q̄ tuo labore quęsitum
est, q̄ sarcire q̄ profusione diminueris ac detraxeris.

Cū enim laboratur integra re facile defenditur inopia.

Verum cum laboratur in damno sarciendo, increfcit
& obruit nos egeſtas.

Dapſilis interdum notis, charis, & amicis,

Cum fueris foelix, ſemper tibi proximus eſto.

Cum tu felix, hoc eſt, lauta fortuna, fueris interdum
dapſilis, id eſt liberalis, notis charis & amicis. Notis
vt vicinis, charis quos diligis, amicis vt cognatis. Sem
p tibi pxim^o eſto. Interdū i illos ſis beneficus, in teipm
ſemp. Et ita amicis ſis amic^o, vt tibiipſi ſis amiciffim^o

LIBER SECVNDVS.



Elluris ſi forte velis cognoscere cult^o,
Vergiliū legito, quod ſi mage noſſe
laboras.

Herbarum vires, Macer tibi carmine dicet.

Si Romana cupis, & ciuica noſcere bella,

Lucanum queras, qui Martis prelia dicet.

Si quid amare libet, vel diſcere amare legendo,

Nafonem petito, ſin autem cura tibi hac eſt,

Vt ſapiens viuas, audi, quo diſcere poſſis.

Per quæ ſemotum vitiis traducitur æuum,

Ergo ades, & quæ ſit ſapientia, diſce legendo.

Interpretatio.

Ex alijs poetis alia licebit cognoscere. Vergilius in li
bris Georgicon docet agriculturã. Macer tradit vires
herbarum, q̄q̄ alius quiſpiam fuit hic Macer, q̄ is quẽ
habemus vulgo, ni fallor. Lucanus narrat Romanorũ
ciuilia bella, vbi legendũ arbitror Ciuica pro Punicã.
Nihil enim de punicis bellis ſcripſiſſe legit Lucanus.
Ouidi^o tradit artẽ amãdi: & in Elegijs docet amores.

Quod si cupis artē & rationem recte beateq; viuendi cognoscere, hunc librum legito. Is te docebit non vulgares artes & nugas, sed quo pacto vitam exigas sempiternam, id est liberam & immunem a vitijs.

Si potes, ignotis etiam prodesse memento.

Vtilius regno, meritis acquirere amicos.

Nō solum in amicos oportet esse beneficum, verum ignoti quoq; conciliandi sunt, ac deuinciendi beneficentia, si modo possis prodesse. Vtilius enim est quā plurimos amicos parare meritis, id est, benefactis, quā parare regnum. Regnum enim eripi potest, amici succurrerent eiecto: & firmiores sunt, quos beneficio adiunxeris, quā quos potestate premas.

Mitte arcana dei, cælumq; inquirere quid sit.

Cum sis mortalīs, quæ sunt mortalia cura.

Iuxta Socratis sententiā, quæ supra nos nihil ad nos, admonet vt̄ omisso studio naturalis philosophiæ, curamus, quæ ad vitā humanā pertinet, hoc est, ad mores componendos, & animū malis purgandum affectib⁹.

Linque metū lethi, nā stultū est tēpore in omni,

Dum mortem metuīs amittere gaudia vitæ.

Eandē sententiā legis in priori libro, p̄ amittis arbor legēdū amittere. Qui mortis metu semp̄ anxius vitit stulte facit. Primū em̄ nō vitat id quod timet, deinde si quod habet hęc vita iucūditatis, eam suo vitio perdit.

Iratu de re incerta contendere nolī.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum,

Pyrrhus admonere solitus est tyrones, ne irascerentur, at multo magis oportet cauere iracundiam eos, qui disputant. Melius enim iudicat, qui vacat ira. Contra, ira obstat animi iudicio.

Fac sumptū properare, cum res desiderat ipsa.

Dādū etem̄ est aliqd, cū tēpus postulat, aut res.

Equidē opinor prompte legēdū pro properare. Sumptū qui necessario faciendus est, libēter & prompte facito, ne videaris grauatim facere. Nam aliquid omnino insumendū est, nō passim, sed quotiēs tēpus aut causa postulat, hoc est, in nuptijs, in festis, item in amicos. Planudes longe alium sensum expressit græce καὶ δὲ πάντῃ χρῶ μείζονι, εὐ τε τὰ πράγματα ἀπαιτεῖ, πρὸς δὲ τὰ πράγματα καιρῶν κατανάλισκε θεόντων. Sentit enim amplos etiā sumptus faciendos, vbi res postulat. Ceterū ad res gerēdas nō temere insumēdum tempus, q̄ illius sumptus sit preciosissimus.

Quod nimīū ē fugito, paruo gaudere memēto,

Tuta mage est puppis, modico quę flumīe fert.

Humilis fortuna tutior est, q̄ excelsa, vt nauis tutior, quę in paruo flumine, q̄ quę in pelagi fluctibus natat.

Quod pudeat, socios prudēs cēlare memento,

Ne plures culpent id, quod tibi displicet vni.

Ne indices amicis, aut ne committas testibus alijs, cuius te facti pudeat, ne plures reprehēdant, si scierint id quod vni tibi displicet, si solus tibi conscius fueris.

hoc est, si quid peccas, pecces absq; arbitris. Nec hanc sententiā intellexit Græcus Planudes. Sic enim vertit. πᾶν ὃ φίλοις δοῖο ἀίόχοο προστρίψῃ μάλα κεῖθε μὴ μετ᾽ ὄνται δὲ πλείσοι, ὃ δὲ μούνομ ἀνιᾶ. Id est. Qd̄ amicis tuis probrum sit allaturū, valde occulta, ne in hoc reprehēdant te plurimi, quod te solum cruciat.

Nolo putes prauos homines peccata lucrari.

Temporibus peccata latent, & tempore parent.

Ne putes nocētes lucrari, hoc est, impune auferre sua

peccata. Latēt quidē, sed ad tempus, postea parēt, id est, manifestantur. Tempus enim eclat & aperit omnia.

Corporis exigui vires contemnere noli:

Consilio pollet, cui vim natura negauit.

Noli contemnere inimicum, licet sit pusillo corpore. Nam sepe quod corporis viribus detractū est, natura addit ingenii viribus. Quā hęc sententia latius patet, nempe hominem non aestimandum proceritate, roborē corporis, sed animo potius.

Quem scieris nō esse parem tibi, tempore cede.

Victorem a victo superari saepe videmus.

Si senseris tibi rem esse cum potentiore, cede ad tempus, & sine penes illum esse victoriam. Nam incidit sepe numero opportunitas, vt mutatis vicib⁹ rerū, vincat, q̄ victus fuerat, & superior sit q̄ fuit inferior. Cōuenit cū illo, vir fugiens & denuo pugnabit. Quidā stulta pertinacia statim aut vicere volūt, aut pessundari.

Aduersus notum noli contendere verbis.

Lis minimis verbis interdum maxima crescit.

Eandem sententiam & ante legisti, cum familiarib⁹ rixandum non est, q̄ summa discordia soleat nasci ex verbulis leuissimis.

Quid deus intendat, noli perquirere sorte,

Quid statuatur de te, sine te deliberat ipse.

Nec hanc sententiā recte vertit Planudes, vertit em̄ ad hunc modum κληδόσι μᾶ ἵχνευε τί βούλεται εἰς θεῶν τὸ θεῖον, ὅτι γὰρ ὠρίσε σοῦ πέρι, θεο νόσφι τέλεισα. Quā pro κληδόσι, suspiror legendum κληροδοσι. Et tamen aliud est perficere, aliud deliberare aut statuere. Verus autem sensus hic est. Ne sacrilegijs ac malis artibus inquiras, quid de te futurū sit. Quādoquidem

Idem deus sciri non vult. Neque enim te in consilium adhibet, cum aliquid decernit de te. Quod si te vellet id scire, ni mirum accerseret te in consilium.

Inuidiam nimio cultu vitare memento,

Que si non ledit, tamen hanc sufferre molestum est.

Et hanc sententiam non recte vertit Planudes. Sic enim reddidit. βαδικοῦνιη φυλακῆ παδὸν τὸ μάλισα φυλάσσου. ἢ ἄρ μὴ βλάπτῃ σε φέρειν γέμερ ἐσι βαρεῖα. Planudes enim nimio cultu vertit maximo studio. Porro germanus sensus sic habet. Ne nimio splendore strepituque vitæ conflaueris tibi hominum odiū. Qui tamen si non possint te ledere, tamen molestum est viuere obnoxium odio multorum. At per se iucundum est omnibus esse charum, etiam si nihil utilitatis inde capias.

Esto animo forti cum sis damnatus inique.

Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo.

Ne abicias animū, si aduersari⁹ vicit te præter ius. Nec enim diu exultabit, sed quod perperam pronunciauit iudex, id deus reiudicabit.

Litis præterite noli maledicta referre.

Post inimicitias, iram meminisse malorum est.

Post reditum in gratiam, non oportet litis anteaactę conuicia refricare, sed obliuisci superiorum iniuriarū. Finita enim similitate, debet & irarum esse finis. Secus autem facere malorum est. Græci vocant μνησικακῆ = δαι; verbo videlicet infami, præteritorum malorum memoriam.

Nec te collaudes, nec te culpaueris ipse

Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Te ipsum nec vituperes, nec laudes. vtrunq; enim vi

detur affectantis inanem gloriam. Nam & qui se vituperat, ob id facere videtur, vt refellatur ab alijs, & diuersa audiat.

Vtere questitis modice, cum sumptus abundat,
Labitur exiguo, qđ partum est tempore longo.

Sera in fundo parsimonia. Dum adhuc multum superest, incipe parcius vti. Citius enim effluunt parta, q̄ colliguntur.

Insipiens esto cum tempus postulat, aut res,
Stultitiã simulare loco, prudentia summa est.

Aliquando deponendum est supercilium, & remittenda seueritas, vt in conuiujs, in Iusu, deponenda persona sapiētis, sumenda persona stulti presertim inter stultos, at ita vt stultum agas, non vt stultus fias. Summa em̄ prudentia est seruire tēpori. Loco, id est, cū est opportunum. Ita Terentius in loco vero laudo.

Luxuriam fugito, simul & vitare memento
Crimen avaritię, nam sunt contraria fame.

Pugnant inter se luxus & avaritia. Nam alterū est profusi, alterum sordidi, vtrunq; vitium iuxta fugiendum est, vtpote quod scdam pariat famam. Siquidē qui nimium parci sunt, audiunt *ἠμυνοπισται* id est cumini sectores, & *δύκκα μέρισε*, id est ficos diuide, similiaq;. Qui luxu, sua profundunt, nepotes & lurcones appellantur.

Noli tu quædam referenti credere semper.

Exigua est tribuēda fides, qui multa loquunt.

Non statim habenda fides ijs, qui semper aliquid noui rumoris adferunt, deq; aliorum factis nunciāt aliquid. Parū enim credendū ijs, qui multa loquunt, propterea qđ huic vitio vanitas solet esse adiuncta.

Quod potu peccas ignoscere tu tibi noli.

Nam nullū crimen vini est, sed culpa bibētis.

Vulgus ita solet excusare sua peccata, vinum in causa fuit. Bene potus hoc dixi. Verū tibi ipsi imputa, non vino, quā tuo vitio noxium fuit, non suo.

Consilium arcanum tacito committe sodali.

Corporis auxilium medico committe fideli.

In rebus arcanis & tacendis, caue ne quemuis consulas, sed eum duntaxat, cuius fidem in tacendo perspectam habeas, ne non solū non opituletur, sed ledat etiā, & infamet. Neque enim corporis vitia cuius aperis, sed medico notæ fidei, qui celet & succurrat.

SUCCESSUS indignos noli ferre moleste.

Indulget fortuna malis, vt ledere possit.

In hoc versu multi laborant. Quidā s elidunt in successus, verum tu si tollas tu, dictionem plane hic superuacua, nihil superest scrupuli. Ne te cruciet prosperitas, quæ nonnūq̄ contingit indignis. Non em̄ illis fauet fortuna, sed insidiatur: illicit, vt postea grauius ledat.

Prospice qui veniunt, hos casus esse ferendos.

Nam leuius ledit quicquid prauideris anre.

Quicquid accidere potest homini, id anteq̄ accidat, te cum meditare, vt ne subitum sit, si acciderit. Minus em̄ cruciant mala, quæ non accidunt inopinanti.

Rebus in aduersis animum submittere noli.

Spē retine, spes vna hominē nec morte relinqt.

Cum fortuna sæuit sustine te ipsum animi fortitudine ac serua rebus secundis, nec abijcias spem, quæ sola morientem relinquit. Quæ diu enim anima est, spes est, Et in pyxide Pandoræ sola spes in labro hæsit. Item

Ouidius. Viuere spe vidi qui moriturus erat.

Rem tibi quam noscís aptam, dímíttére nólí,

Fronte capillata, post hac occasio calua.

Quoties fortuna offert commoditatē aliquam, quæ tibi sit apta, statim arripe. Nam accasio frontem habet capillatam, vt ea parte teneri possit, verum si semel se verterit, ab occipitio calua est, vt iam reprehendi ne queat, hoc est, oportunitas cum contingit teneri potest, non redit autem cum voles, si neglexeris. Hic admonendum illud, qđ græci fingunt de deo cæco, de quo nos copiose in prouerbiis.

Qđ sequit̃ spectā, quodq; imminet ante videro:

Illum imitare deū, qui partem spectat vtrāq;.

Ex præteritis futura collige. Ex præteritis bene secus ve gestis consiliū cape, quo pacto futuris occurras. Exemplo Iani dei Romani, quem bifrontē fingebat antiquitas, qđ oporteat prudētē virum, πρόσω καὶ ὀπίσω, id est, a fronte & a tergo, vt inquit Homerus, habere oculos. Illud autem sequitur nos, quod præterijt.

Fortior vt valeas, interdum parcior esto.

Pauca voluptati debētur, plura salutī.

Vitæ rationem moderare magis ex salutis ac bonæ valetudinis ratione, q̃ voluptatis. Nō em̃ in morbo tantum oportet ab intemperātia cauere, verum etiam cū recte valemus parcius vtendū est rebus omnibus, nempe somno, potu, cibo, venere, iusu, ne in morbū incidamus. Et si nonnihil dādū est voluptati, multo plus famē salutī, qua perditā, pereūt simul & voluptates oēs.

Iudiciū populī nunq̃ contempseris vnus.

Ne nullī placeas dum vis contēnere multos.

Nūq̃ optima placent multitudini, tamē sapiētis est nō

pugnare solum aduersus vniuersos. Nā frustra sapit,
qui solus sapit, cum omnibus desipere videatur.

Sit tibi præcipue, quod primū est, cura salutis.

Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris.

Ante omnia bonę valetudinis rationē habe, ne si tua
intemperātia in morbū incideris, postea pudore reijci
as culpā in celi insalubritatē aut loci, sicuti vulgus so-
let. Nā pleriq; morbi nobis accidūt ex intēperātia vitę.

Somnia ne cures, nā mēs humana, quod optat

Cum vigilat, sperans per somnū cernit idipsū.

Quidā anxie obseruant sua somnia, & ex his de futu-
ris æstimant. Cū somnia dormientium nascātur ex af-
fectibus vigilantium, neq; significant, quid sit euēturū,
sed qā aliquādo cogitaueris, dormienti representent.

LIBER TERTIVS.



Hoc quicunq; velis carmen cognoscere
lector,

Hęc pcepta feres, q̄ sūt gratissima vitę.

Instrue pceptis animum nec discere cesses.

Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.

Commoda multa feres, sin autē spreueris illud,

Non me scriptorem, sed te neglexeris ipse.

Hoc est proxiij loco. Absq; ratione bene viuēdi, vi-
ta non est vita, sed simulacrum mortis. Hoc carnē vtī-
lissima vitę pcepta tradit, si studeas cognoscere. sin
spreueris, te ipsum contempseris, non scriptorem. Siqui-
dem tua res agitur, non illius.

Cum recte viuas, ne cures verba malorum.

Arbitrii nostri non est, quid quisq; loquatur.

Si male de te loquuntur mali, cum tu nihil facias mali, esto contentus conscientia recte factorum. Nam in te situm est, ut bene agas. Non est in te situm, quomodo de te loquatur hic aut ille.

Productus testis, saluo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes celato crimen amici.

Si ceteris testis in crimine amici, celabis pro virili maleficio illius, ita tamen, ut ipse non ledas famam tuam, & tantum silentii dabis amicitiae, quantum patietur & fama tua, & testimonij religio.

Sermones blandos, blerosque cauere memento.

Simplicitas veri sana est, fraus ficta loquendi.

Veritatis simplex est oratio, insidiosa est blandiloquentia. Proinde suspecta semper esse debet prudentibus.

Segnitiam fugito, quae vitae ignavia fertur.

Na cum animus languet, consumit inertia corpus.

Ignava & ociosa vita fugienda est. Na torpor animi corpori quoque situm & languorem adducit. Animi exercitatio, corporis quoque valetudini confert.

Interpone tuis interdum gaudia curis.

Ut possis animo quemuis sufferre laborem,

Animus serijs negocijs fatigatus, aliquando relaxandus est honestis ac moderatis voluptatibus, ut redintegritas viribus, ad ferendos labores sufficiat. Na quod caret alterna requie durabile non est.

Alterius dictum aut factum ne carperis unquam.

Exemplo simili ne te derideat alter.

Quod in alios feceris, hoc in te fiet ab alijs, si libenter reprehendas aliorum facta dictave, tuo exemplo & alij in te videntur.

**Quæ tibi fors dederit tabulis suprema notato,
Augendo serua, ne sis quem fama loquatur.**

Quod tibi obuenit ex testamento tuorū, id serua, ne fias vulgo fabula. Quæ fors suprema, id est hæreditas, dederit tibi notato, id est inscripto tabulis testamentarijs, vel notata, id est scripta tabulis, ea augendo serua, id est ita serua vt augeas etiã. Vulgus enim multa dicere solet in νεοπλοῦτος, id est nouas nactos diuitias.

**Cum tibi diuitiæ superant in fine senectæ,
Munificus facito viuas, non parcu s amicis.**

Est vitium hoc senibus peculiare, vt quo propi⁹ accedant ad mortem, hoc sint contractiores. Superât, id est, supersunt & abundant in fine senectæ, id est, in extrema senectute, quã decrepitam vocant. Tum igitur domes, sed amicis, qui te foueant obsequijs.

**Vtile consilium dominus ne despice serui.
Nullius sensum si prodest, templeris vnq̃.**

Propter autoris humilitatem non est contemnenda salubris sententia. Nec spectandum est quis dicat, sed quid dicatur.

Rebus, & in censu, si non est, quod fuit ante.

Fac viuas contentus eo, quod tempora præbent.

Diminuta fortuna tua, nõ est vtendum eodem splendore, quo prius, sed cõtentus eris eo genere vite, quã præsens fortuna tibi præbet. Et quod adest, boni consules.

Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis.

Nec retinere velis, si cœperit esse molesta.

Fuge, id est, caue ne ducas vxorem dotis causa. Et si duxeris dotatam, ne dotis respectu eam retineas, si tibi grauis sit, sed cõtempta dote repudies. Quæ id apud Christianos non habet locum.

Multorum disce exemplo, quę facta sequaris.

Quę fugias, vita est nobis aliena magistra.

Qui suis discunt periculis, quid expediat, magna mercede discunt, sapiens ex aliorū vita sumit viuendi consilium. Hoc illi infamiam conflauit, cauebo ne quid simile faciam. Hoc illi bene cessit, imitabor.

Quod potes, id rétes, operis ne pōdere pressus,
Succumbat labor, & frustra tentata relinquo.

Prius expende vires tuas, quā aggrediare negotium, ne postea victus difficultate, turpiter relinquo, quod temere suscepisti.

Quod nosti haud recte factum, nolito tacere,

Ne videare malos imitari velle tacendo.

Noli dissimulare, si quid videris non recte fieri, videberis enim probare, cum siles. Silentiū enim aliquando consensus esse videtur.

Iudicis auxilium, sub iniqua lege rogato,

Ipsę etiam leges cupiunt, vt iure regantur.

Si premeris iniqua lege, hoc est dura & inhumana, cōfugias ad iudicis equitatem. Non enim hoc est cōtra leges, sed ex mente legum, vt ad aequitatem redigantur, & temperentur. Iniqua lex est, cum summo iure cōfenditur, veluti si pauper in vincula comijciatur, quod non aliat patrem, cum lex dicat. Liberi parentes alant, aut vinciantur. Aliquando lex durior est, vt terreat. in his iudex, hoc est p̄tor aut princeps potest succurrere.

Quod merito pateris patienter ferre memento.

Cumque reus tibi sis, ipsum te iudice damna.

Incommodū quod tua culpa tibi accidit, non imputabis alij, quā tibi, & cum tibi sis cōsciū, damna te ipsum, tuique iudex esto, & ea te p̄na dignū existimato.

Multa legas facito, perlectis perlege multa.

Nā miranda canunt, sed non credenda poetę.

Multa quidem legas, sed cum iudicio. Nec em̄ omnia vera sunt, quę legis apud poetās. Fortassis pro perleze legēdum est perline, hoc est dele & corrige, etiāsi Plaudes vertit, μετέθεο.

Inter conuiuas fac sis sermone modestus,

Ne dicare loquax, dum vis vrbānus haberi.

In foro locus est eloquentię, In cubiculo silentij, In cōtuiujs alternis ac moderatis sermonibus vti cōuenit, venustis & amōnis. Quidam dum vrbānitatem affectāt, loquacitate molesti sunt reliquis conuiuis, quibus non relinquunt loquendi spatium.

Coniugis iratę noli tu verba timere:

Nā lachrymis struit isidias, dū scēmina plorat.

Vxores lachrymas habēt in prōptu. His expugnant viros. Admonet igit, ne quid cōmoueamur huiusmodi lachrymis. Fingunt em̄ eas septenmero, quo viros suos fallāt, veluti cū simulāt se cōmoueri zelotypia, vt suū adulteriū dissimulēt, aut iratas se fingūt ei, quem efflictim amant. Pro noli tu, legendum nolito.

Vtere quę sitis, sed ne videaris abuti.

Qui sua cōsumūt, cum deest, aliena sequuntur.

Vtere quę parasti, nō abutere, ne profusis bonis tuis cogaris vel impudenter rogare aliena, vel seruiliter ex alieno viuere, vel periculose furari aliena.

Fac tibi proponas mortem non esse timendam,

Quę bona si non est, finis tñ illa malorum est.

Mors vel ob hoc timenda non est, q̄ finis est omniū huius vitę malorum.

Vxorīs linguam, si frugi est, ferre memento.

Nanq; malū est, nil velle pati, nec posse tacere.

In amicis leuiuscula quedam vitia ferenda sunt, si alio q; probi fuerint, veluti in vxore si paulo sit loquacior, aut linguæ procacioris, ferendum est, si alioqui pudica est, & frugi, hoc est suo fungens officio. Maxime, q; linguę morbus ei sexuj peculiaris est. Malus est is, qui nihil vitij ferre potest in alijs, præsertim cum res facilis sit tacere. sic enim vxor desinet obgannire, si nihil respōdeas, quemadmodum solitus est Socrates.

Dilige non agra charos pietate parentes,

Nec matrē offendas, dū vis bonus esse parenti.

Pietas, amor, & cultus est erga parentes, patriā, deū, & si qs loco parētū est. Quidā veluti legibus coacti colūt parētes, nō ex aīo. Dilige parētes charos pietate nō ægra. i. nō coacta, neq; grauatī, s; prōpte & alacriter. Et si qd inciderit dissidij iter parētes, ita alteri obsequaris vt alterū nō offendas, sed pietas tua careat oī molestia.

LIBER QVARTVS.

Securā quicūq; cupis traducere vitam:
Nec vitijs herere animum, quæ moribus obsunt,

Hęc præcepta tibi semper relegenda memento,

Inuenies aliquid, in quo te vtare magistro.

Et hoc præmium est quarti libri. Si vis esse liber ab omnibus vitijs, & nullius mali tibi conscius viuere, hęc semper habeas præ manibus. In quibus inuenies, in quo teipso magistro possis vtī, hoc est, vt ipse regas ac modereris vitam tuam, adiutus his præceptis.

Despice diuitias, si vis animo esse beatus,

Quas qui suspiciunt, mendicant semper auari,

Nō iubet abicere diuitias, sed nō magni facere. Etenim qui has suspiciunt, hoc est mirantur ac magni faciunt, dū non audent vti quę possident, & semper aliqd accumulānt, semper mendicant, hoc est egeni sunt.

Commoda naturę, nullo tibi tempore deerunt,
Si cōtentus eo fueris, quod postulat vsus.

Si metiaris sumptus vsu, hoc est necessitate, non ambitione, neq; voluptate, nunq̄ tibi deerunt commoditates naturę, quę paucis contenta est, cū cupiditates immensum desiderant.

Cum sis incautus, nec rem ratione gubernes,

Noli fortunam, quę non est, dicere cęcam.

Si res male tibi succedunt tuapte negligentia ne conferras culpam in Fortunam, vt illam cęcam appelles, cū tu ipse magis parū prospexeris. Potest accipi bifariā, quę nō est. i. quę nulla est. Fingunt enim mortales hęc deam, cum nulla sit, Aut quę non est, subaudi, cęca.

Dilige denarium, sed parce dilige formam,

Quā nemo sanct⁹ nec honestus captat habere.

Amare pecuniam ad vsu, prudentis est, amare vt forma pascas oculos, auari ac dementis. Denariū volunt omnes, formam soli mali captant.

Cum fueris locuples, corpus curare memento,

Aeger diues habet nummos, se non habet ipm.

Cum agitur, de corporis valetudine, nec parcas diuitijs tuis. Etenim qui morbo non succurrit, ne minuat pecuniā, is habet quidem nummos, at seipsum non habet, cum male valeat. Mauult nummos esse saluos, q̄ se ipsum, & illis frui, q̄ seipso.

Verbera cum tuleris discens aliquādo magistri,

Fer patris imperium cum verbis exit in iram.

Vapulasti puer a præceptore, cum disceres literas. Multo magis ferre conuenit, cū pater te verbis obiur pat. Tulisti literatoris tyrannidem multo seuiorem, fe ras & patris imperiū, qui etiam cum irascitur, tamen a verberibus temperat.

Res age quæ profunt, rursus vitare memento

In quibus error inest, nec spes est certa laboris.

De quibus dubites, ea ne feceris, Age illa ex quib⁹ cer ta sperat utilitas. Rursus in quibus falli posses, & incer tum est p̄futura ne sint, an nocitura, ab ijs abstineas.

Quod donare potes, gratis concede roganti.

Nam recte fecisse bonis in parte lucrorum est.

Dona libenter si quid potes. Nam lucrum est non da mnus, qđ contuleris in bonos. Et beneficium dādo ac cipit, qui digno dedit. Redit enim cum fœnore, qđ pro, bo viro benefeceris.

Quod tibi suspectū est, confestim discute qđ sit,

Namq; solent primo quæ sunt neglecta nocere.

Quæ suspicionē habent mali, ea noli negligere, sed sta tim examina & exquire cuiusmodi sint. Nā initijs faci le medeberis, si quid mali sit, at neglecta crescūt, ac ma xime ledūt postea. Veluti si suspicaberis amicū alienio re esse in te animo, noli negligere, quid sibi velit, sed excute, vnde hoc natum sit, & si quide est, statim occur re nascenti malo.

Cum te derincat veneris damnosa voluptas,

Indulgere gulæ noli, quæ ventris amica est.

Caue ne duplices morbum tuum, vnus enim vtrūq; fert: duo simul ferri non possunt. A mare damnosa res, damnosa gula. Qđ si pariter vtroq; labores malo, sup est, vt mox ad egestatem redigaris. Gulam vocat stu

diū exquisitorum ciborū, eamq; dicit vētris amicā,
q̄ per eam venter saginatur, res & fama decrefcit.

Cum tibi proponas animalia cuncta timere,

Vnū hominē tibi præcipio plus eſſe timendū.

Cum tua ſponte putes omnes feras eſſe timendas,
meo præce pto vnū animal maxime timebis, nempe
hominē. Nā nulla belua magis homini nocet, q̄ ho-
mo homini.

Cum tibi præualidæ fuerint in corpore vires,

Fac ſapias, ſic tu poteris vir fortis haberi.

Si natura dedit vires corporis, nō ſtatim vir fortis
eris niſi adiunxeris ingenij vim, hoc eſt ſapientiā, qua
corporis robore recte vtaris.

Auxiliū a notis petito, ſi forte laboras.

Nec quiſq̄ melior medicus, q̄ fidus amicus.

Corporis morbos aperis medico. Animi morbos ap̄
fideli amico. Ille pharmacis ſanat, hic verbis. Aliter. Si
qd morbi inciderit, magis amicū accerſe, q̄ medicum.

Cū ſis ipſe nocens, moritur cur victima pro te?

Stultitiā eſt morte alterius ſperare ſalutem.

Veteres credebant expiari ſcelus commiſſum maſta-
ta pecude, quæ nihil commiſerat. Et pro alieno pecca-
to, innocens dabat pœnas, cum is qui peccauit, potius
maſtari debuerit, q̄ victima. Stulte autem ſperabant
alienam mortem ſibi ſaluti fore, cum ſua quiſq; mala
de ſuo dependat oportet.

Cum tibi vel ſociū, vel fidū queris amicū,

Non tibi fortuna eſt hominis, ſed vita petenda.

Amicus quē velis adiungere, non eſt eſtimandus e cen-
ſu, ſed ex moribus, idem oportet fieri in vxoribus.

Vtere quęsitis opibus, fuge nomen auari.

Quid tibi diuitię profunt, si pauper abundas?

Frustra parasti diuitias, si partis vti non audes, & inter magnas opes viuis inops. Nihil enim refert habere, si quę habes, nihilo plus tibi profunt, q̄ ea quę non habes.

Si famam seruare cupis, dum viuis, honestam,

Fac fugias animo quę sunt mala gaudia vitę.

Si cupis honestam tueri famam, noli amare voluptates inhonestas, nempe gulę, libidinis, & similibus.

Cum sapias animo noli irridere senectam.

Nam quicūq; senet, sensus puerilis in illo est.

Cum per ætatem vigeat ingenium tuum & animi vis, noli deridere senectutem, quę minus animo valet. Despicit enim omnis senex, & ad puerilem stultitiam redit. Actatis igitur vitium ferendum, non irridendum est.

Disce aliquid, nam cum subito fortuna recedit, Ars remanet, vitęq; hominis non deserit vnq̄.

Opes sæpenumero subito fortuna eripit homini, veluti incendio, furto, bello, naufragio, verum ars eripi non potest. Hęc itaq; certissima possessio est, quę semper & ubiq; te possit alere.

Perspicio cūcta tacitus, quid quisq; loquatur.

Sermo hominū mores & celat & indicat idem.

Nulla res magis arguit & aperit vitam & ingenium hominis, q̄ illius oratio. Hoc est certissimū animi speculum. Igitur si vis hominem cuiusmodi sit, cognoscere, perpende tecum, qualis sit illius oratio. Sermo indicat mores hominis, si loquatur ex animo, & idē celat, si vel taceas, vel dissimulanter loquaris.

Exerce studium, quous perceperis artem.

Vt cura ingenium, sic & manus adiuuat vsum.

Vt euanescent disciplinæ, nisi exercitatione confirmes, sic artificium opere confirmandum erit, ne excidat.

Multum ne cures venturi tempora fati:

Nō timet is mortem, qui scit cōtemnere vitam.

Sī vis liber esse a metu mortis, discite vitam non magni facere. Et quemadmodum eleganter docet Aristoteles, nullius rei iucunda fruitio est, nisi quā aliquo modo contempseris.

Discite sed a doctis, indoctos ipse doceto.

Propaganda etenim rerum doctrina bonarū.

Discite non a quouis, sed ab iis qui possunt docere. Rursum quod ab alijs didiceris, id alijs imperti. Vtilium enim rerum scientia non est premia, sed per manus tradenda.

Hoc bibe quod possis, si tu vis viuere sanus.

Morbī causa malī est hominī quāque voluptas.

Ne biberis supra vires. Breuis enim illa bibendi voluptas saepenumero conciliat hominī molestum & diuurnum morbum.

Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris,

Hoc vide, ne rursus leuitatis crimine damnes.

Leuis & inconstans viberis, si quod aliquādo corā multis laudaris, idem postea damnes. Quod si mutasti sententiā, fac sileas. Fortasse pro vide, legendum est fuge. Crimine, id est suspitione & cum vituperio.

Tranquillis rebus que sunt aduersa cauero.

Rursus in aduersis melius sperare memento.

Ne securus sis cum fortuna tranquilla est, sed tempe

statem caue. Rursum cum fortuna sequit, animū sustine, spe melioris fortunæ, quæ successura sit. In secundis rebus timenda sunt aduersa, ne sis supinus. In aduersis speranda sunt lætiora, ne deficias animo.

Discere ne cesses, cura sapientia crescit.

Rara datur longo prudentia temporis usu.

Iuxta Solonis sententiam, oportet senescere semper aliquid addiscentes. Nam rara, hoc est singularis & eximia prudentia, contingit longo usu, id est diutina experientia ætatis. Quæ mihi magis probatur, hic sensus. Semper discere, studio crescit sapientia. Nam pauci sunt, qui prudentes euadunt experientia rerum, vel quia paucis contingit diu viuere, vel quia complures stultitiam non exiunt hac via. Certissima ac breuissima ad sapientiam via est doctrina.

Parce laudato, nam quem tu sæpe probaris,

Vna dies, qualis fuerit, monstrabit amicus.

Ne laudes amicum effusius, cuius non feceris periculum, siquidem ille sapius abs te laudatus, vno aliquo die declarabit alium fuisse se, quæ tu prædicaris.

Ne pudeat, quæ nescieris, te velle doceri.

Scire aliquid laus est, pudor est nil discere velle.

Quidam stulto quodam pudore malunt semper nescire, quæ semel discere, cum scire pulchrum sit, & pudendum nihil velle discere. Ergo honestum velle.

Cum Venere & Baccho lris est, & iuncta voluptas.

Quod lautum est animo complectere, sed fuge lites.

Exerce quod inest boni, fuge quod adiunctum est mali. Exhilarat potatio, discutit curas, vtere hac comoditate, sed rursus ebrietas icitat ad iurgia, hoc caue. Itæ Venus delectat, sed hæc sua iurgia. Ama igitur absque dissidijs.

Demissos animo ac tacitos vitare memento:

Qua flumē placidū est, forsan later altius vnda.

Tristes ac tacitos vita, videtur em̄ aliqd magni ma-
li moliri. Quemadmodum cauendū est flumen ea par-
te qua tranquillum est. Nam illic profundissimū esse
solet. Cēsar magis metuebat Brutum & Crassum, palli-
dos ac tacitos, q̄ Antonium ebrium.

Cum tibi displiceat rerum fortuna tuarum:

Alterius specta, quo sis descrimine peior.

Quoties sedet te tuę fortis, confer eā cū aliorū fortu-
na, & videbis te nihilo peiorē, hoc est infeliciores multū.

Quod potes id tenta, nam littus carpere remis,

Tutius est multo, q̄ velum tendere in altum.

Aggredere tuta magis q̄ magna. Tutius em̄ multo est
nauigare iuxta litt⁹, & remis vti, q̄ passis velis piclita-
ri in fluctibus. Nec em̄ omnibus fauent venti fortunę.

Contra hominē iustū, prauē contendere nolī,

Semper enim deus iniustas vlciscitur iras.

Noli prauē, hoc est malitiose, & data opera, ac per-
uerse contendere cum homine iusto. Nam deus nunq̄
hoc relinquit inultum.

Ereptis opibus noli gaudere merendo,

Sed gaude potius, tibi si contingat habere.

Si diuitiæ contingunt gaude, si ereptæ fuerint, noli
te cruciare, sed tunc vttere philosophia. Neq̄ enim tan-
tum boni habent, vt sit admodum dolendum, si peri-
erint. neq̄ rursus tantum mali, vt non sint libenter
accipiendę, si forte contigerint.

Est iactura grauis, quæ sunt, amittere damnis.

Sunt quædā quę ferre decet patienter amicū.

Si verbulo ledat amicus, ferendum est. At damna rerum nemo potest equo animo ferre. In his igitur caudum, ne ledamus amicum.

Tempora longa tibi noli promittere vitæ.

Quocūq; ingrederis sequit̃ mors corp⁹ vt vmbra.

Nemo sibi potest longevitatem promittere, cum mors hominem quocūq; eat, non aliter insequatur, q̃ vmbra corpus. Fortasse legendum, corpus vt vmbra.

Thure deū placa, vitulum sine crescat aratro.

Ne credas placare deum, dum cede litatur.

Non gaudet deus morte pecudum, ergo thure litandum est illi, hoc est re innoxia & minimi sumptus. At hodie pleriq; Christianorum, licet apud hos sublatus sit mos immolandi pecudes, tamen deum ac diuos sibi tantum non deuinctos esse putant, si eis gemmas, aurum, argentum, ac serica suspenderit, vel ostentanda tantum, vel in luxum paucorum vertenda, immemor res hæc semper a sanctis fuisse contempta, & si forte obtigerunt, in egentium vsus fuisse effusa.

Cede locum lefus fortunæ, cede potenti,

Cedere qui potuit, prodesse aliquando valebit.

Qui rem habet cum proceribus, quoniam prodesse possunt in multis necesse est, vt aliquñ misset iniurias, id est, tacitus ferat. Ledunt em̃ aliquando potentes, & tyrannidē exercent. Hic igit̃ prudens illis debet cedere, vt postea per illos suis prodesse possit. Nā si resistēs reddiderit eos hostes, nec sibi nec suis prodesse poterit.

Cum quid peccaris castiga te ipse subinde.

Vulnera dum fanas, dolor est medicina doloris.

Vbi senseris te alicubi peccasse, statim pœnas sumis de teipso, & noli tibi ignoscere. Te ipsum obiurga,

sibi ipsi laboris aliquid indicito. Nam vt in sanandis vulneribus dolor dolore sanatur (siquidē ne doleat vulnus infundis acria, quę mordent) sic ista reprehēssio tā etsi amara est, tamen medetur vitio animi.

Damnaris nunq̄ post longū tempus amicum.

Mutauit mores, sed pignora prima memento.

Si is cū quo tibi fuit diutina consuetudo forte mutatis morib⁹ ali⁹ esse cœpit, hoc debes tribuere veteri necessitudini, ne vituperes eū, etiā si nō est dign⁹, q̄ amec̄.

Gratior officiis quo sis mage, charior esto,

Ne nomen subeas quod dicitur officiperda.

Vt sis char⁹ oib⁹, esto grat⁹ officijs, i. beneficijs & bñ meritis. Inuisum em̄ apud oēs est nomē officiperdę. Sic enim vocant eū, in quē collocatū officiū perditur. Nihil enim tam perit, atq; id quod confertur in ingratū.

Suspectus, caueas, ne sis miser omnibus horis.

Nam timidis & suspectis aptissima mors est.

Qui sibi fingit periculū, is nunq̄ non miser viuit. Nihil igit huic aptius, q̄ mors, quę admodū non potest iu cūde viuere. Suspectus hic accipit actiue p̄ suspicioso.

Cum fueris seruos proprios mercatus in vsus,

Et famulos dicas, homines tamen esse memēro.

Sic vterer seruis tuis, licet emptitijs, vt memineris homines esse nō pecudes. Quod empti sunt, fortunę fuit, qđ homines sunt, in hoc tibi sunt pares.

Qz̄ primum rapienda tibi est occasio prima,

Ne rursus quęras, quę iam neglexeris ante.

Occasio, quam ante dixit frōtem habere capillatam, statim est arripienda, ne si se subdlexerit, frustra quęras postea quę prius contempseras.

Morte repentina noli gaudere malorum

Fœlices obeunt, quorum sine crimine vita est.

Si mali subito moriantur, dolendū magis est, q̄ gaudendum. Gaudēdū potius in morte bonorū, quorū mors felix est, vel sic, vt vertit Planudes, tāetsi malus autor. Si videris malos subito tolli. noli gaudere. Cōtingit idē bonis viris & innocentibus, vt intelligas hoc casu accideri, non vindicta numinis. Versus ipsius ascribam.

μη ἐπίχαιρε κακῶν θαυμάτοισ φίλοσ ἔξαπινάσιοισ
 ΟΤΤΙ καὶ ἐὼλοῖ οὐνόκουσ, ὧν βίος ἄμυροσ ἄιδχῶσ.
 Hęc indicauī, nō vt in seker Planudē, sed vt nobis græci vicissim ignoscāt: sicubi labimur in pegrina lingua.

Cum coniunx tibi sit, nec res, & fama laboreet,

Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Si pauper habueris vxorē: quę laboreet fama, hoc est: de qua homines male loquantur: ducas. i. existimes: nomen amici vitandum esse. vt pote inimicum fame tuæ: videberis enim prostituerē vxorem hoc prætextu: & hoc nomine diuites pauperum vxores captant.

Cum tibi contingat studio cognoscere multa,

Fac discas multa, vites nescire doceri.

Quo plura didiceris: hoc plura stude cognoscere. Ne videaris indocilis vilius rei.

Miraris verbis nudis me scribere versus!

Hos breuitas sensus fecit coniungere binos.

Sententia nudis verbis explicanda est. Melius em̄ me: minimus quæ breuia sunt. Idcirco nudis verbis singula præcepta singulis distichis complecti voluit: vt apertior esset: & breuior.

Finis. Erasmo castigatore & interprete.

Dicta sapientum e Gracis, vt habebantur a nescio quo graculo vtcunq; collecta, Erasmo interprete.

Periandri Corinthii.

Omnibus placeto. Bona res quies.
 Periculosa temeritas
 Semper voluptates sunt mortales, honores autem immortales.
 Amicis aduersa fortuna vrentibus idem esto.
 Lucrum turpe, res pessima.
 Quicquid promiseris facito.
 Infortunium tuum caelato, ne voluptate afficias inimicos.
 Veritati adhereto. Age que iusta sunt.
 Violentiam oderis. Principibus cede.
 Voluptati tempera. A iureiurando abstine.
 Pietatem sectare. Laudato honesta.
 A vitiis abstine. Beneficium repende.
 Supplicibus misericors esto. Liberos institue.
 Sapientum vttere consuetudine. Litem oderis.
 Bonos in precio habeto. Audi que ad te prinēt.
 Prebrum fugito. Responde in tempore.
 Ea facito, quorum non possit poenitere
 Ne cui inuideas. Oculis moderare,
 Quod iustum est imitare.

Bene meritos honora. Spes foue. Calū-
 niam oderis. Affabilis esto. Cū erraueris,
 muta consiliū. Diutinā amicitiam custodi.
 Oibus teipsum prebe. Cōcordiam sectare.
 Magistratus metue. Ne loquaris ad gratiā.
 Ne tēpori credideris. Teipsum ne negligas.
 Seniorē reuerere. Mortē oppete pro patria.
 Ne quauis de re deleas.
 Ex ingenuis liberos crea.
 Sperato, tanq̄ mortalis, parcito tanq̄ immortalis.
 Ne efferaris gloria. Arcanum cela.
 Cede magnis. Opportunitatem expectato.
 Mortalia cogita. Largire cum utilitate.
 Ne prior iniuriam facias. Dolorem fuge.
 Mortuum ne rideto. Amicis vtete.
 Consule inculpate. Delecta amicos.
 ¶ Eiusdē Periantri ex Ausonio, carmine phala-
 cio. Atq; in his extrema sententia semper est ge-
 mina & disticho comprehenditur.
 Nunq̄ discrepat vtile a decoro.
 Id est, nihil vtile, quod non honestum.
 Plus est sollicitus, magis beatus.
 Id est, quo quisq; ditior, hoc magis sollicitus viuat.
 Mortem optare malum, timere peius.
 Miser est, qui tēdio vitę mortem optat, sed miserior,
 qui semper timet mortem.

Faxis, vt libeat quod est necesse.

Quod necesse est facere, fac vt libenter facias.

Multis terribilis, caueto multos.

Quem multi timent, is multos timeat necesse est.

Si fortuna iuuat, caueto tolli.

Ne extollaris fortunæ prosperitate.

Si fortuna tonat, caueto mergi.

In rebus aduersis ne frangaris animo.

Biantis e Græca collectione.

In speculo teipm cõtẽplare, & si formosus appa-
rebis, age quæ deceât formã. Sin deformis, quod

in facie min⁹ est, id morũ pêsato pulchritudine.

De numine ne male loquare, qd sit aũt auscultã

Audito multa, loquere pauca. Prius intelli-

ge, & deinde ad opus accede. Ne ob diuitias

laudaris virũ indignũ. Persuasione cape, non

vi. Compara in adolescentiã quidem mode-

stiam, in senectute vero sapientiam.

Eiusdem ex Ausonio carmine heroico.

Quenã summa boni: mens quæ sibi cõscia recti.

Id est, quid optimum? Animus bene sibi conscius.

Pernicies hominĩ quæ maxima: solus homo alter.

Id est, hominĩ maxima perniciēs est ab hominẽ.

Quis diues: qui nil cupiat, quis pauper: avarus.

Diues est, nõ q multa possidet, sed q sua sorte cõtẽt⁹ẽ.

Avarus omnis pauper est, qui quod habet non habet.

Quæ dos matronis pulcherrima: vita pudica.

Mulier etiam indotata, satis dotata est, si casta est.

Quæ casta est: de qua mentiri fama veretur.

Castra non est, de qua fama turpiter loquitur.

Quod prudentis opus: cū possit nolle nocere.

Proprium prudentis est, etiã cū possit, nolle tñ vlciſci.

Quid stulti propriū: nō posse & velle nocere.

Malus etiã cum non possit optat tamen ledere.

Pyttaci Mitylenei ex Graco.

Quæ facturus es, ea ne prædixeris. Frustratus enim rideberis. Depositum redde.

A familiaribus in minutis rebus lesus feras.

Amico ne maledixeris. Inimicum ne putes amicum. Vxorí dominare.

Quæ feceris parentibus, eadē a liberis expecta.

Desidiosus ne esto.

Inter amicos ne fueris iudex.

Ne cōrende cū parentibus, etiã si iusta dixeris.

Ne geras imperium, priusq̄ parere didiceris.

Infortunatum ne irriseris.

Ne lingua præcurrat mentem.

Quæ fieri non possunt, caue concupiscas.

Ne festinaris loqui. Legibus pare.

Nosce reipsum. Ne quid nimis.

Ante oīa venerare numen. Parentes reuerere.

Audito libenter. Voluptatem coerce.

Inimicitiam solue.

Vxorem ducito ex equalibus, ne si ex ditiorib⁹

duxeris, dominos tibi pares, non affines,

Eiusdem ex Ausonio carmine

Iambico trimetro.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet.

Eiusdem est artis recte tacere, & recte loqui.

Bono probari malo, q̄ multis malis.

Non refert q̄ multi laudent te, sed quales. Nam ab improbis laudari vituperari est.

Demens superbis inuidet felicibus.

Stultitiæ est cruciari felicitate malorū, quasi in vulgaribus bonis sit sita felicitas.!

Demens dolorem ridet infeliciū.

Aeque stultum est gaudere calamitate malorū, quæ si non & ante fuerint infelices.

Pareto legi, quisquis legem sanxeris,

Quod alijs præscripseris, ipse seruato.

Plureis amicos re secunda compares.

Prospera fortuna conciliat multos amicos.

Paucos amicos rebus aduersis probes.

Sed reflante fortuna pauci manent, sed sinceri.

Cleobuli Lyndii.

Ne sis vnq̄ elatus, Domtis curam age,

Libros euolue. Liberos tibi charissimos erudi.

Iuste iudicato. Bonis benefacito.

A maledicentia tēperato. Suspitiōnē abiicito.

Parētes patiētia vince. Bñficii accepti memēto.

Inferiorem ne reiciās. Aliena ne cōcupiscas.

Ne teipsum præcipites in discrimen.

Res amici diliges, vt perinde serues, vt tuas.

Quod oderis, alteri ne feceris.

Ne cui miniteris, est enim muliebre.

Citius ad infortunatos amicos, q̄ fortunatos proficiscere.

Lapis auri index, aurum hominū.

Voto nihil preciosius.

Mendax calumniā, vitam corrumpit.

Mendaces odit quisquis prudens ac sapiens.

Eiusdē ex Ausonio carmine Asclepiadeo.

Quanto plus liceat, tam libeat minus.

Quo potentiores, hoc magis caue, ne quid pecces, & quo plus tibi permittunt homines ob principatum, hōc ipse minus permittas tibi.

Fortunæ inuidia est, immeritus miser.

Cum bonis male est, fortunæ imputatur, cum ea sæpe magnatum sit culpa.

Felix criminibus nullus erit diu.

Felicitas malo parta non est diuturna.

Ignoscas aliis multa, nihil tibi.

In alios lenis esto, in teipsum seuerus.

Parcit quisq; bonis prodere vult bonos.

Qui bonos viros tradit in manus bonorum, is seruat non perdit, quos prodit. Q̄q̄ suspicor legendum. Parcit quisq; bonis perdere vult malos, vt sit sensus: Qui malos ac nocentes afficit supplicio, is miseretur bonorum & innocentium, quos ab horum violentia liberat.

Maiorum meritis gloria non datur.

DICTA

Laus parentum non tribuitur posteris.
 Turpis sæpe, datur fortuna minoribus.
 At probra parentum sæpe obijciuntur liberis.
 Chilonis Lacedæmonii.

Nosce te ipsum. Ne cui inuideas mortalia.
 Temperantiam exerce. Turpia fuge.
 Tempori parce. Iuste rem para.
 Multitudini place. Sapientia vttere.
 Moribus probatus esto. Ne quid suspiceris.
 Oderis calumnias. Ne fueris onerosus.

Eiusdē ex Ausonio carmine Choriambico
 ex choriambis tribus & amphibracho.

Nolo minor me timeat, despiciatq; maior.

Sic est moderanda vitę ratio, vt nec inferioribus sis
 formidini, qđ est tyrannicum, nec superioribus con-
 temptui, qđ est abiectę fortunę.

Viue memor mortis, immemor vt sis salutis.

Sic fuge turpia, quasi hodie moriturus. Sic cura ho-
 nesti studia, quasi semp victurus. Quādo hic versus
 deprauatus est, suspicor ita legendum, viue memor
 mortis, vt sis memor & salutis.

Tristia cuncta exuperans, aut animo aut amico,

In rebus aduersis, aut amici cōsuetudine falle mor-
 rorem, aut animo te suscipe.

Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.

Benefacta tua prædicent alij.

Grata senectus homini, quę parilis iuuentatę.

Florida senectus simillima est adolescentię.

Illā iuuentus grauior, quę similis senectę.

Morosa iuuentus simillima est senectuti.

Solomis Atheniensis ex greco.

Deum cole. Parentes reuerere.

Amicis succurre. Nemini inuideto.

Veritatem sustineto. Ne iurato.

Legibus pareto. Cogita quod iustum est.

Iracundiæ moderare. Virtutem laudato.

Malos odio prosequitor.

Eiusdem ex Ausonio carmine

Trochaico.

Dico tunc vitam beatam, fata cum peracta sunt.

Nemo beatus, nisi qui feliciter obierit diem.

Par pari iugato coniux, dissidet quod impar est.

Firmissima est amicitia, quæ inter pares coijt.

Non erunt honores usque fortuiti muneris.

Honos verus virtutis est simiũ, non munus fortunæ.

Clam coarguas propinquũ, sed palam laudaueris.

Amicũ laudato palam, sed errantem occulte corripe.

Pulchrius multo parari, quam creari nobilem.

Clarior est nobilitas, quam ipse tuis virtutibus tibi pararis, quam quæ ex maiorum imaginibus contigit.

Certa si decreta fors est, quid cauere proderit?

Si fatum vitari non potest, quid prodest præscisse?

Siue sunt incerta cuncta, quid timere conuenit?

Sin incertũ, stultũ est timere, quod an euenturũ sit nescias.

Thaletis Milesii, ex greco.

Principem honora. Amicos probato.

Similis tui fis. Nemini promittito.

d iij

Quod adest, boni consulito. A vitiiis abstineto.
 Gloriam sectare. Vitæ curam age.
 Pacem dilige. Laudatus esto apud omnes.
 Susurronem ex ædibus eiice.

Ex Ausonio versu pentametro.

Turpe quid aufurus te sine teste time.

Quod apud alium puderet facere, ne solus quidē au-
 sis facere, veluti teipso teste.

Vita perit, mortis gloria non moritur.

Quod facturus eris, dicere sustuleris.

Simile si qd est in animo facere, ne quis impediatur.

Crux est, si metuas, vincere quod nequeas.

Auges sibi molestiā, qui timet quod vitari non potest.

Cum vere obiturgas, sic inimice iuuas.

Præstat vere carpi ab inimico, q̄ falso laudari ab amico.

Nul̄ nimum, satis est, ne sit & hoc nimum.

Neq̄d nimis. Nam modus oibus in rebus est optim⁹.

Sequuntur Mimi Publīani, ab Erasmo ca-

stigati & elucidati.

Erasmus Roterodamus lectori. S.

IN hos deprauatissime scriptos repperi commenta-
 rios, longe prodigiosiores, q̄ in Catonem, qui neq̄
 cælum neq̄ terram attingerent, & tamen accuratif-
 sime depictos, ceu rem sacram. O seculum illud infes-
 lix. Sunt plær̄iq̄ senarij iambici si quod diuersuz gen⁹
 incidit, annotabimus. Cæterū qui scire volet a q̄ por-
 tentosis mendis hos Mimos vindicauerimus, is confe-
 rat cum ijs, quos ante nostram editionē habebāt vul-
 gati codices. Vale lector & fructe.

Alienum est omne quicquid oprando euenit.

Sensus est, id quod nostro studio paratur vere nostrum est, quod votis cōtingit alienum est, nempe quā fortuna possit eripere.

Ab alio expectes, alteri quod feceris.

Qualis fueris in alios, tales alij futuri sunt in te.

Animus vereri qui scit, scit tuto aggredi.

Qui intelligit periculū, is nouit cauere piculū. Temeritas autē periculose rē aggredit, quia nescit timere.

Auxilia humilia firma consensus facit.

Concordia fortia facit, etiam quæ sunt imbecilla, cōtra discordia maximas opes debilitat.

Amor, animi arbitrio sumitur, non ponitur.

Nobis in manu est non incipere amare, ubi cœperis iam illi seruus es, nec potes excutere cum velis.

Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium.

Mulier nimis est vehemens in vtrāq; partem, aīa affectibus obnoxiiū. Quæ huiusmodi viros etiam non paucos reperias, nimis in vtrāq; partem vehementes.

Ad tristem partem strēua suspicio.

Qui parum sunt felices, magis laborant suspicione, vel sic. Suspicio plerūq; vergit in partem deteriore. Strēua hic citam ac propensam significat.

Ames parentem si æquus est, si alter feras.

Bonū parentem ama, difficilem tolera, vel ob hoc, quia pater est, æquus dixit, pro cōmodo & humano.

Aspicere oportet, quod possis deperdere.

Serua quod nolis perire. Oculus autē, hoc est præsentia domini optimus rei custos.

Amici vitia si feras, facis tua.

Tibi imputabitur quicquid peccat amicus, cum nō admoneas.

Aliena, hominī ingenuo, acerba est seruitus,

Durum est seruire ei, qui liber sit natus.

Absentem ledit, qui cum ebriō litigat.

Mens enim ebrii non adest, cum qua loquēdum est. Itaq; perinde est, ac si non adesset ipse.

Amans iratus multa mentitur sibi.

Multa enim constituit in animo, q̄ nō prestat postea. Ego ne illam, quæ me, quæ illum?

Auarus ipse miseriæ causa est suæ,

Nam sua sponte & volens pauper est.

Amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt.

Amans sine iudicio cupit, nec expendit, salubre sit, an perniciosum, id quod cupit.

Amans quod suspicatur vigilans, somniat.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt, & inani spe blandiuntur.

Ad calamitatem quilibet rumor valet.

Tristitia facile sparguntur in vulgus, quæ recta sunt & honesta vix creduntur.

Amor extorqueri non potest, elabi potest.

Amor nō pōt subito viq; expelli, sed paulatī pōt elabi.

Ab amante lachrymis redimas iracundiam.

Amans iratus lachrymis placatur.

Aperte cū est mala mulier, tū demum est bona.

Fucatum & fraudulētum est animal mulier, eoq; minime noxia, cum palam est mala. Iudicat autē hic nullam esse bonam.

Auarum facile capias, vbi non sis idem.

Auarū non potest ferre auarus, vel facile fallere avarum, nisi sis idem, quod ille est, id est auarus & ipse.

Amare & sapere vix deo conceditur.

Non est eiusdem amare & sane mentis esse.

Auarus nisi cum moritur, nil recte facit.

Etenim cum moritur, tum demum permittit alios suis opibus frui.

Astute dum celatur, se aetas indicat.

Senectus celari non potest. Nisi forte sic legendum est.

Astu dum crimē celat, aetas indicat. Tēpus em̄ aperit oīa.

Auarus damno potius, q̄ sapiens dolet.

Sapiens non cruciatur damnis rerum, sed is qui magni facit pecuniam.

Auaro quid malī optes: nī, vt viuat diu.

Propterea quod miserime viuat. Summum igitur malum optat, qui optat diutinam vitam.

Animo dolenti nihil oportet credere.

Quādiu doles, ne quid tibi ipsi fidas. Nihil enim sani suadet dolor. Expecta donec residat aegritudo, tum statue, quid velis loqui aut facere.

Alienum nobis, nostrum plus aliis placet:

Suę quęq; sortis pœnitet. Aliena mirat, verbis duntaxat. Ceterum si ad rem vêtum sit, pauci velint cū alijs commutare.

Amare iuueni fructus est, crimen seni.

Amor voluptas est i iuvene, scelus i sene, nō voluptas.

Anus cum ludit, morti delicias facit.

Anum vicinam morti non decet lusus, videtur enim mortem delectare velle.

Amoris vulnus idem qui sanat, facit.

d v

Desyderij vulnus sanat idē q̄ fecit, si sui copiā faciat.
Allusit autem ad Telephi fabulam.

Ad pœnitendum properat, cito qui iudicat.
Ne statim pronuncies. Nam præcipitati iudicij sæpe pœnitet.

Amicos res opimę parant, aduersę probant.

Et hoc carmen deprauatū est, forte sic legendū. Amicum res opimę parant, tristes probāt. Secunda fortuna conciliat amicos, aduersa explorat fidijsint an veri.

Aleator quāto i arte est melior, tāto est negor.

Hoc est carmen Trochaicum In mala re quo magis excellis tanto sceleratior es. Veluti miles quo melior est, hoc vir nequior.

Arcum intensio frangit, animum remissio.

Arcus frangitur, si nimium tendas. Animi vires augetur exercitatione, otio franguntur.

Bis est gratum, quod opus est, vltro si offeras.

Beneficium precibus extortum magnam gratię partem perdidit. Quod vltro oblatum est, id, bis gratum.

Beneficium dare qui nescit, iniuste petit.

Nō debet, vti beneficijs aliorū, q̄ ipse nemini bene facit.

Bonum est, fugienda aspicere alieno in malo.

Item Plautus, feliciter sapit, q̄ alieno periculo sapit. Quid tibi sit fugiendum, id discas, non tuo malo, sed ex aliorum malis exemplum sumito.

Beneficium accipere, libertatem vendere est.

Feliciter est dare q̄ accipere. Perdit enim libertatem, quisquis vtitur alterius beneficio.

Bona nemini hora est, vt non alicui sit mala.

Nulla fortuna secunda est, quæ non alicuius malo contingat.

Bis enim mori est, alterius arbitrio mori.

Mortem naturalem equiore animo ferunt homines;
Adactam grauius.

Beneficia plura recipit, qui scit reddere.

Ingratis nemo plura committit. Quos experimur gratos, in hos maiora conferimus.

Bis peccas, cum peccanti obsequium accommodas.

Nam & illum adiuuas, & te eiusdem malefacti reum facis.

Bonus animus lesus, grauius multo irascitur.

Lenis animus cum incandescit, vehementius commouetur.

Bona mors est homini, vitæ quæ extinguit mala.

Miseris mors est optanda quoque, ut quæ finem adferat malorum.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Hunc versum nominatim citat Aulus Gellius inter Mimos Publianos.

Blanditia, non imperio fit dulcis venus.

Iucundum est, cum ex animo quis redamatur, non cum extorquetur mulieris obsequium.

Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat.

Qui probus est ipse, nunquam alteri peccanti assentitur.

Beneficium se dedisse qui dicit, petit.

Commemoratio beneficij dati, est reposcentis gratiam.

Coniunctio animi maxima est cognatio.

Arctius alligat mutua beneuolentia, quam affinitas sanguinis. Forte versus hic ita legendus est. Beneuolus animus maxima est cognatio. Nam & hoc modo carmen constat, & in hac littera, nempe B, reperiebatur.

Beneficium sæpe dare, docere est reddere.

Qui sapius bene meretur de aliquo, is prouocat ad gratitudinem quadam pertinacia bene faciendi.

Bonitatis verba imitari, maior malitia est.

Qui malus est, & bene loquitur, is plus quam malus est.

Bona opinio homini, tutior pecunia est.

Tutius est habere bonam famam, quam diuitias.

Bonum tametsi supprimitur, non extinguitur.

Veritas & iustitia premi potest ad tempus, sed emergit postea.

Bis vincit, qui se vincit in victoria.

Qui moderate vtitur victoria, bis vincit: primum hostem, deinde animum.

Benignus etiam dandi causam cogitat.

Qui liberalis est, non expectat ut rogetur, sed vltro querit occasionem largiendi.

Bis interimitur, qui suis armis perit.

Magis dolet nobis calamitas, cuius ipsi ministramus occasionem. Veluti si quis hominem euehat ad magistratum, a quo postea subuertatur.

Bene dormit, qui non sentit, quam male dormiat.

Cum abest sensus mali, nihil est mali. Veluti si quis alto somno obrutus, non sentiat incommoditatem strati.

Bonorum crimen est officiosus miser.

Si calamitosus est, qui recte viuit, hoc imputatur virtuti, cui dicunt aduersari fortunam.

Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.

Decus recte factorum non potest obscurari. lucet enim in ipso pectore, si non respondet opinio populi.

Bene cogitata si excidunt, non occidunt.

Quod recte proposueris, etiam si ad tempus excidit animo, tamen non omnino perit.

Bene perdit nummos, iudicium cum dat nocens.

Qui corrumpit iudicem pecunia, cum sit nocens, perdit eam, sed suo bono. Proinde bene perdit.

Bonus nocet, quisquis pepercit malis.

Fiti iniuria bonis, cum impunitas datur malis. Pauciores enim boni futuri sunt, si liceat impune malos esse.

Bono iustitiae, proxima est severitas.

Severitas enim est iustitia rigidior, & exactior, vergens tamen ad inclementiam.

Bonum apud virum cito moritur iracundia.

Apud malos viros, ira tardissime senescit, apud bonos cito.

Bona turpitudine est, quae periculum indicat.

Aut sic, quae periculum vindicat. Satius est pudere quam pigere. Pudor utilis est, per quem arcemur ab illis, quae periculose faceremus.

Bona comparat praesidia misericordia.

In alios misericors meretur, ut in se fauentes sint alij, si quid inciderit.

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Vilescit quod consuetum esse coeperit. Bonis rebus nihil debet esse charius. Charum est autem, quod rarum est.

Beneficium dignis, ubi das, omnes obligas.

Virtuti enim datur, non homini. Et tuo beneficio bonus in ceteros omnes utitur.

Crudelis in re aduersa est obiurgatio.

Consolandus est amicus, non obiurgandus in rebus afflictis.

Cauendi nulla est dimittenda occasio.

Nunquam satis caueris. Aliquando nocendi est omittenda occasio, cauendi nunquam.

Cui semper dederis, ubi neges, rapere imperas.

Qui assueverit semper accipere, is putat iam sibi deberi quod datur, adeo ut si negaris, paratus sit eripere vi. Hoc ad principes peculiariter attinet.

Crudelem medicum intemperans æger facit.

Ægroti intemperantia facit, ut medicus cogat ad duriora remedia descendere, nepe sectionem aut vitionem & similia.

Cuius mortem amici expectant, vitam oderant.

Eius vita, sit, iuxta oportet, cuius amici mortem optant.

Cum inimico nemo in gratiam cito redit.

Non est statim fidendum inimico. Facile dissolvit benevolentiam, at non facile sarcitur. Et ira omnium tardissime senescit.

Citius venit periculum, cum contemnitur.

Magis nocet periculum illis, quam negligunt, quam qui cauent.

Casta ad virum matrona parendo imperat.

Pudica uxor hoc imperat obsequio suo, ut quicquid velit faciat maritus. & magis imperat, cum obsequitur, quam cum exigit.

Cito ignominia, sit superbi gloria.

Arrogantiam semper sequitur infamia. Et qui insolenter utitur gloria, incidit in ignominiam.

Consilio melius vincas, quam iracundia.

Ira præceps est. Prudentia sedata. Hac citius efficies quæ voles, quam violentia & ferocitate.

Cuius dolori remedium est patientia.

Omnis dolor lenitur patientia. Alia alijs malis sunt remedia. At patientia commune est malorum omnium lenimentum.

Cum vitia profunt, peccat, qui recte facit.

Cum expedit esse malos, tum nocet esse bonos. Et cum præmium est malefactoribus, tum benefactoribus poena est.

Contemni est leuius, quam stultitia percuti.

Satius est cōtemni ob virtutem, q̄ stultū qd̄ agere.
Comes facundus, in via pro vehiculo est.

Et hic versus citatur ab Aulo Gellio, Iucūdus confabulator facit, vt non sentias viæ tedium, perinde ac si vehiculo porteris.

Cito improborum lata ad perniciem cadunt.

Non est diuturna malorum felicitas.

Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit.

Videtur accusare vitam, qui mortem appetit.

Cui plus licet q̄ par est, plus vult q̄ licet.

Hunc versiculum ascripsi ex Gellio, cui plus permittitur, q̄ æquum est, is plus sibi sumit, q̄ oportet. Hoc conuenit in tyrannos, & vxores.

Discipulus est prioris, posterior dies.

Cotidiana rerū experientia reddimur prudētiores.

Damnare est obiurgare, cum auxilio est opus.

Cū amicus afflictus eget auxilio, tū obiurgare, nō est officiosum, sed dānare est. Primū eximēdus est calamitati, postea obiurgādus, q̄ sua culpa in eā inciderit.

Diū apparandū est bellum, vt vincas celerius.

Qui in aggrediendo nimium properant, aliquando tardius conficiunt. Mora in apparando, non dispensandum est, sed lucrum ad negotium cito conficiendum.

Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris.

Ingratitudo oīa vitia in se cōplectit. Nullū igitur contriciū dici pōt cōtumeliosius. versus est Trochaicus.

De inimico ne loquere malum, si cogites.

Si cogitas nocere inimico, caue loquaris male, cauebit enim ille. Stultum est igitur maledicere. Nā si amicus est, inique facis. sin inimicus, minus illi nocebis.

Deliberare vtilia, mora est tutissima.

Tutissimum est esse lentas consultationes. Nam precipitata consilia plerumque sunt inauspicata.

Dolor decrefcit, vbi quo crescat non habet.

Cum malum venerit ad summum, tum necesse est, vt fiat remissius.

Dediscere flere foeminam, est mendacium.

Id est, foemina nunquam hoc dediscet.

Discordia fit charior concordia.

Amantium irae amoris redintegratio est.

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.

De quo non potes nisi semel statuere, veluti de matrimonio, de sacerdotio, de hoc diu deliberandum est, priusquam aggrediaris.

Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

Nefacile credas accusanti quempiam.

Dum vita grata est, mortis conditio optima est.

Tum optimum est mori, cum adhuc dulce est viuere.

Damnū appellandum est, cum mala fama lucrum.

Lucrum cum iactura famę damnū est, non lucrū.

Ducis in consilio, posita est virtus militum.

Frustra sunt fortes milites, nisi ducis prudentia regantur.

Dies quod donat timeas, cito raptum venit.

Quod subito contingit, subito solet auferre fortuna.

Dimissum quod nescitur, non amittitur.

Non est damnū, quod non sentis.

Etiā innocentes cogit mentiri dolor.

In tormentis saepe mentiuntur & innocentes, ad acrius cruciatur.

Etiā peccato recte praestatur fides:

Adeo seruanda est fides, vt etiam malis in rebus alie
quando prestanda sit.

Etiam celeritas in desiderio mora est.

Cupienti etiam festinatio videtur mora.

Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

Ex alienis erratis sapiens colligit, qd sibi sit cauēdū.

Et deest & superat miseris cogitatio.

Deest, qa nō vidēt, quo pacto possint mederi malis,
& superest, qa intelligunt, qd debuerint cauere, sed sero.

Etiam obliuisci quod scis, interdum expedit.

Quedā hmōi sunt, vt sint dediscenda, legi poterat, &
quod sis, vt sit sensus, Expedit aliquotiens meminisse
magis qd presens tēpus & res postulet, q̄ tua dignitas.

Ex hominum questu, facta fortuna est dea.

Studium lucri facit, vt fortuna credatur esse dea, que
faueat. Aut ex questu, id est querimonia. Nam illi im-
putant, si quid acciderit aduersi.

Effugere cupiditatem, regnum est vincere.

Vincere auaritiam aut iram plus est q̄ regnum.

Exuli vbi nusq̄ domus est, sine sepulcro est tanq̄
mortuus.

Opinor ita legendum.

Cui nusq̄ domus est, sine sepulcro est mortuus.

Id est, Exul qui nusq̄ habet domū, perinde est, vt mor-
tuus insepultus, aut cui non est sepulcrum.

Etiam qui faciunt, odio habent iniuriam.

Nolunt sibi fieri iniuriam nec ij, qui faciunt alijs.

Eripere relum non dare irato decet.

Irato non est danda occasio nocendi, sed potius adie-
menda.

Se denegare patriæ, exilium est pati.

Sic enim versiculum hunc mutauimus. Qui latet, & versatur in republica, is sua sponte exul est.

Eriam capillus vnus habet vmbra[m] suam.

Nihil est tam minutum, quod non possit aliquid.

Eheu q̄ miserum est, fieri metuendo senem,

Miserrimū est consenescere metu mali, quod nōdum aduenerit.

Eriam hosti est equus, qui habet in consilio fidē.

Qui sequitur quod dicitur fides, non quod dolor, is etiam hostibus erit æquus.

Excelsis multo facilius casus nocet.

Ex alto cadentibus periculosior est ruina. Ita periculosius deijcitur ex alta fortuna.

Fidem qui perdit, quo se seruat in reliquum!

Qui perdit pecuniam, habet in quod se seruet, qui fidem, nihil habet cui se seruet.

Fortuna cum blanditur, captatum venit.

Insidiatur fortuna cum blanda est, ita tum maxime habenda est suspecta, cum maxime prospera est.

Fortunam citius reperias, q̄ retineas.

Difficillimum est retinere fortunam, ne mutetur. Et maior virtus est tueri partem q̄ parare.

Formosa facies muta commendatio est.

Fauetur enim formosis, etiam si nihil dicant.

Frustra rogarur, qui misereri non potest.

Qui nō potest mollescere precibus, quod opus est hūc rogare.

Fraus est accipere, quod non possis reddere.

Dolus est accipere beneficium a quoq̄, cui non possis tantundem reddere.

Fortuna nimium quem fouet, stultum facit.

Magnę felicitatis comites sunt stultitia & arrogãtia.

Faretur facinus is, qui iudicium fugit.

Qui detrectat iudiciũ, indicat se sibi male cõsciũ esse.

Fœlix improbitas, optimorum est calamitas.

Quoties fortuna fauet improbis, hoc fit calamitate & malo optimorum.

Feras non culpes, qđ mutari non potest.

Hic versus nominatim citat a Gellio. Qđ mutari corrigi non potest, id facite ferendũ est, non vituperãdũ.

Futura pugnant, vt se superari sinant.

Sic instant futura mala, vt tamen vinci vitariq; possint prudentia.

Furor fit lesa sapius patientia.

Et hoc carmen citatur a Gellio. Lenes cũ sapius prouocantur, tandem irritati grauius irascuntur, quia rarius & serius commouentur.

Ficta, cito ad naturam reciderint suam.

Simulata non diu durant. Et iuxta Flaccum. Naturam expellas furca, tamen vsq; recurret.

Fidem qui perdit nil potest vltra perdere.

Omnia perdidit, qui fidem perdidit.

Facilitas animi ad partem stultitię rapit.

Facile adducit ad vitia, qui facili est animo, vt Mitiõ ille Terentianus, qui ob facilitatem, sexagenarius nouus factus est maritus.

Fides vt anima, vnde abiit: nunq̃ redit.

Vt vita semel amissa nũq̃ reuertit, sic nec fides. Iuxta illud. Qui semel scurra, nunq̃ bonus paterfamilias.

Fidem nemo vnq̃ perdit, nisi qui non habet.

Pecuniam non perdit, nisi qui habuit. At fidem is

MIMI

dicit perdidisse, qui nō habuit. id est, qui perfidus fuit.

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Nullum malum venit sine incurso alterius mali.

Fulmen est, vbi cū potestate habitat iracundia.

Versus est Trochaicus. Potens cum irascitur, fulminat, non irascitur.

Frustra, cū ad senectā vētū ē, repetes adolescētia

Et hic Trochaicus est. Non licet reiuuescere. proinde seni tractanda sunt senilia.

Falsum maledictum maleuolum mēdaciū est.

Qui conuiciatur & mentitur, is malitiose mentitur.

Fœminæ naturā regere, desperare est omnium.

Omnes desperant se posse regere mulieris ingeniū:

Fer difficilia, vt facilia leuius feras.

Exerce te rebus difficilioribus, vt alia facilius feras.

Fortuna nulli plusq̃ consilium valet.

Consilium plus efficit, q̃ felicitas.

Fortuna vitrea est, quæ cū splendet, frangitur.

Vitrum cum maxime lucet, tum facillime frangitur. ita splendidissima fortuna minime durabilis est.

Feras quod ledit, vt quod prodest perferas.

Vt potiare commodo, feras incommodum.

Facit gratū fortuna, quam nemo videt.

Fortuna facit inuidiosū, nisi lateat. Ergo dissimulāda ē

Frugalitas miseria est rumoris boni.

Hunc rursū addidi ex Gellio. Esse frugalem, rumor quidem bonus est, sed infelix, & parum vulgo laudat̃, cui profusio magis placet. Nisi maioris miseriam accipere pro pœnuria siue inopia. Nam tū erit sensus. Qui laudatur frugalis, is non laudat̃. Tertius sensus argu-

tissimus est. Frugalitas est parsimoniae vitium, sed sub honesto laudatoque nomine.

Graue praëiudicium est, quod iudicium non habet.

Post praëiudicia sequuntur iudicia, in quibus executum tur praëiudicia. At graue est illud praëiudicium, quod non sequitur aliud iudicium, sed ipsum iudicij loco est, veluti si princeps praë se ferat animum inimicum in quem piam, nullus est iudex, qui secus ausit iudicare.

Grauiissima est probi hominis iracundia.

Vir bonus ut tardior est ad iram, ita grauius irascitur, si victa sit illius bonitas.

Grauis animi poena est, quae post factum poenitet.

Magnam poenam dedit, quem poenitet facti.

Grauis animus dubiam non habet sententiam.

Vir constans certa habet consilia.

Graue est malum omne, quod sub aspectu latet.

Malum illud est immedicabile, quod praëtenu bonae rei personatum est. Nam hic aspectum vocat personam.

Grauius nocet, quodcumque inexpertum accidit.

Noua mala grauius dolent.

Grauior inimicus, qui latet sub pectore.

Affectus vitiosus maxime nocet homini, at is latet sub pectore, nec potest excuti.

Grauiissimum est imperium consuetudinis.

Consuetudo plane tyrannidem quandam obtinet in rebus humanis, adeo, ut stultissima quoque, si semel inoleuerint, reuelli non possint.

Graue crimine, etiam cum dictum est leuiter, nocet.

Veluti si quis apud Anglos, vel ioco vocet aliquem perditorem non caret periculo, ob odium criminis.

MIMI

Heu q̄ difficile est gloriæ custodia.

Fama honesta facillime contaminatur, & difficili⁹ est eam tueri, q̄ parare.

Homo extra corpus est suum, cum irascitur.

Non est apud se quisquis irascitur. Respondet cū illo superiori. Absenti loquitur, qui cum irato litigat.

Heu q̄ est timendus, qui mori tutum putat.

Qui mortē cōtēnit, is vehemēter est timēdus, ppter ea q̄ aliene vitę dominus est, quisquis sue contēptor est.

Homo, qui ī homine calamitoso est misericors, meminit sui.

Intelligit enim sibi posse accidere, vt sit opus auxilio. Versus est Trochaicus.

Est honesta rursus pro bona causa mori.

Gloriosa est infamia, vitā impendere iustitiæ. Et hic Trochaicus est.

Habet ī aduersis auxilia, q̄ in secūdis cōmodat.

Et hic Trochaicus est. Qui cū feliciter agit, alijs subuenit, huic alijs subueniunt in rebus aduersis.

Heu q̄ miserum est ab illo ledi, de quo non possis queri.

Et hic Trochaicus est. Durum est ledi vel ab amico, vel a potente, quod queri de altero nō est honestum, de altero non est tutum.

Hominem experiri multa, paupertas iubet.

Paupertas ingeniosa est, & artium repertrix. Et ingenium mala sepe mouent, iuxta Nasonem.

Heu dolor, q̄ miser est qui in tormento vocem non habet.

Et hic Trochaicus est. In tormentis verum exquiri,

At quidā ita torquētur, vt non ausint verum dicere, sci
entes quid velit taceri, qui torquet.

Heu q̄ p̄nitenda incurrūt hoīes viuendo diu.

In longa vita multa accidūt, quę nolis. Hic quoq; tro
chaicus est.

Habet suum venenum blanda oratio.

Insidiosa est blandiloquentia, & melle litum venenū.

Homo tories moritur, quoties amittit suos.

Orbitas mors quędam est.

Hō semp̄ ī sese aliđ fert, in alterū aliud cogitat.

Hic est iābic⁹ tetrameter. Nemo nō est dissimulatoꝝ.

Honestus rumor alterum est patrimonium.

Tantūde fere valet honesta fama, quātū patrimoniu.

Homo nescit si dolore fortunam inuenit.

Non sentitur dolor, quo paratur aliquid commodi.

Honeste seruit, qui succumbit tempori.

Honestū est seruire tēpori, & cedere fortunę ad tēp⁹.

Homo vitę commodatus, non donatus est.

Vita datur ad tempus, vt qui dedit exigat suo iure,
quādocunq; velit.

Heredem scire, vtilius est, q̄ querere.

Quidā codices habēt ferre pro scire. Satius est ferre
qualem cūq; heredem, q̄ nullū habere. Si legas scire sen-
sus est, p̄stat habere liberos, quibus tua relinquant, q̄
circumspicere alienos, quibus tua relinquant.

Heredis fletus, sub persona risus est.

Hic quoq; versus citatur a Gellio. Fletus heredis, est
risus personatus, id est dissimulatus. gaudet enim etiā
si fleat.

Habent locum maledicti crebre nuptię.

e iiij

- Vulgus male sentit de muliere sepius nupta.
 Inferior horret, quicquid peccat superior.
 Quod principes peccāt, id recidit in malum plebis.
 Inimicum vlcisci, vitā accipere est alteram.
 Iucūdiſſima res est vindicta, et velut altera vita. Pri
 mū vitā tuetur suā; deinde capit voluptatē ex vitione.
 Id agas, ne quis tuo te merito oderit.
 Odium effugere non possumus, ne quis nos merito
 oderit, id cauere possumus.
 Inuitum cum retineas, exire incitas.
 Qui non cupit manere, hunc quo magis retines, hoc
 magis cupit abire.
 Ingenuitatem ledis, cum indignum rogas.
 Seruile est supplicem esse homini indigno, leditur
 igitur ingenuitas.
 In nullum avarus bonus est, in se pessimus.
 Nulli bene facit avarus, se vero etiam descruciat cu
 stodia rerum suarum.
 Inopī beneficium bis dat, qui dat celeriter.
 Bis gratum est beneficium, quod statim prompteq;
 datur egenti.
 Instructa inopīa est, in diuitiis cupiditas.
 Cupere cum abundes, inopīa quēdam est non expe
 dita, sed instructa & onusta, quasi dicas, diues inopīa.
 Inuitat culpam qui peccatum præterit.
 Qui dissimulat peccatum, is inuitat, vt iterū peccet.
 Iucundum nihil est, nisi quod reficit varietas.
 Nihil tam dulce, quod non pariat satietatem, nisi va
 rietate condiaur.
 Ingenuiras non recipit contumeliā,

Generosi & ingenui animi est, negligere cōtumeliam.
Aut sic. Generosus animus impatiens est contumelię,
Impune peccat in eum, qui peccat rarior.

Forte sic legendum est. Impune peccat, cum quis peccat carior. Aut impune peccat, cū quis peccat rarius.
Ingratus vnus miseris omnibus nocet.

Vnius hominis ingratitude facit, vt nec gratis succurratur cum egent.

In miseri vitia nulla contumelia est.

Hoc carmen varie repperi deprauatū. Et haud scio, an recte diuinarim. Nō videtur cōtumelia, quā facias in hominē malū & infelicē. Nisi sic mauis. In vitia miseri cōtumelia est dicere, id est cōtumelię genus est insectari vitia hominis miseri, q̄ magis eget consolatione.

Inopię pauca desunt, avaritię omnia.

Videtur hic versus deprauatus. Nā in controuersijs Seneca citat huiusmodi Publij carmē, Luxurię desunt multa, avaritię omnia. q̄q̄ hic quoq; versus constabit, si legas desunt parua, siue pauca, quod ego malim. Multa desiderat pauper ad vitę vsum, sed avarus magis eget, qui nec id habet quod habet.

Ita amicū habeas, posse vt fieri inimicū putes.

Et hic citatur a Gellio. Sic ama, tanq̄ osurus. Ita confidas amico, vt si fiat inimic⁹, nō multū possit ledere.

Inuidiam ferre, aut fortis, aut felix potest.

Fortunati negligunt inuidiā, vir fortis contemnit.

In amore mendax semper iracundiā.

Eadem est sententia, quam ante dixit. Amans iratus multa mentitur sibi.

Inuidiā tacite, sed minute irascitur.

Inuidus habet iram suam, sed dissimulatam & mi-

nutam, hoc est de re nihili.

Iratum breuiter vites, inimicum diu.

Ira statim subsidit, odium diuturnum est. Odit autem quisquis est inimicus. Ab hoc igitur diu cauendum est, imo semper. Hoc ipsum admonet sapiens hebræus, ab hoste reconciliato cauendum.

Iniuriarum remedium est obliuio.

Vindicta non medetur iniurijs tibi factis, sed obliuio optime.

Iracundiã qui vincit, hostem superat maximũ.

Trochaicus est. Fortissimũ est irã suam vincere, hoc Alexander ille Magnus orbis domitor non potuit.

In malis sperare bonũ, nisi innocens nemo solet.

Et hic Trochaicus. Bona conscientia facit, vt in malis speremus superos auxiliaturos.

In vindicando criminosa est celeritas.

Quidam habent in iudicando. Ne sis princeps, vel ad ultionem, vel ad iudicandum.

Inimicum quis humilem docti est metuere.

Sapientis est, non contemnere hostem quantumuis humilem, potest enim per occasionem nocere.

In calamitoso risus etiam iniuria est.

Miseri risu etiã offenduntur. Et quibus res sunt minus secundę, ad suspicionẽ mali rapiunt etiã casu dicta.

Iudex damnatur, cum nocens absolvitur.

Cũ absoluit nocens, tũc iudex nõ innocẽs sit oportet.

Ignoscere humanũ, vbi pudet cui ignoscitur.

Non ignoscendum est, nisi pœniteat facti.

In rebus dubiis plurima est audacia.

Fortè legendũ est plurimum, vel plurimi. Multũ valet audacia cum res est dubia, hoc est periculosa.

Illo nocens se damnat, quo peccat die.

• Qui quis admittit scelus, ilico sibi damnatus est, iudice conscientia, etiam si iudex nemo pronunciet.

Ita crede amico, ne sit inimico locus.

Idem dixit antea. Ita amicum habeas.

Iratus etiam facinus consilium putat.

Qui irascitur, etiam scelus putat, iudicio recteq; fieri.

Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

Hoc addidi ex Gellio. Qui semel expertus, iterum tex ponit se periculo, imprudenter accusat fortunā. Est autem & hic Trochaicus tetrameter.

Loco ignominia est apud indignum dignitas

Honor commissus indigno non honestat eum, sed magis dedecorat.

Laus ubi noua oritur, etiam vetus admittitur.

Si iterum recte facias, efficies, ut superiori de te famę fidem habeant homines.

Leso doloris remedium inimici dolor.

Suum malum minus sentit, qui potest vlisci.

Leuis est fortuna, cito reposcit, quae dedit.

Fortuna incōstās, statim repetit & aufert, si qd dedit.

Lex vniuersi est, quae iubet nasci & mori.

Necessitas nascēdi ac moriēdi neminē nō cōplectitur.

Lucrum sine damno alterius fieri non potest.

Vnius lucrū damnū est alteri. At nō itē in rebus aī.

Lasciuia & laus nunq; habent concordiam.

Intemperantia semper obnoxia est infamię.

Legem nocens veretur: fortunam innocens.

Innocens & si nō veretur leges, ut nocens, tamē timef

MIMI

fortunam, quæ nonnunquam opprimit innocentem.

Luxurię desunt multa, avaritię omnia.

Hunc versum Seneca citat in controuersijs. Multis eget p̄fusor, auarus eget omnibus. Illi multis est opus, q̄ multũ absumit, huic nihil est satis, cũ sit infatiabilis.

Malignos fieri, maxime ingrati docent.

Ingrati faciunt, vt qui benigni fuerint, cõtractius donent. Hos enim malignos vocat, id est parcos.

Multis minatur, qui vni facit iniuriam.

Omnes expectant iniuriam ab eo, qui vni fecerit.

Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.

Molesta est mora in omni re, tamen ea nos reddit sapientes, ne quid agamus temere aut inconsulto.

Mala causa est, quæ requirit misericordiam.

Innocentia non eget misericordia, sed æquũ desiderat iudicẽ. At cum fiducia rei tota est in misericordia iudicis, pessimam habet causam,

Mori est foelicis anteq̄ mortem inuocet.

Ille feliciter moritur, qui tum moritur, dum adhuc iucunda est vita, ac nõdum huius tædio mortẽ optat.

Quidam pro foelicis habent foelicus.

Miserum est tacere cogi, qd̄ cupias loqui.

Durum est cum non licet loqui quod velis. Nam illic multo minus licebit facere quę velis, si loqui non licet.

Miserrima est fortuna quæ inimico caret.

Felicitas incitat inimicitias. Ergo cui nullus iudet, is miserrimus sit, oportet.

Malus est vocandus, qui sua causa est bonus.

Qui bene facit commodi sui causa, is male facit.

Malus vbi bonũ se simulat, tunc est pessimus.

Diffimulata malitia pessima est.

Merus cum venit, rarum habet somnus locum.

Timor abigit somnū. Aut nō est dormitādū ī piculo.

Mori necesse est, sed non quoties volueris.

Aliqñ optāt mortē homines, cum mori non possint.

Male geritur, quicquid geritur fortunæ fide.

Quod a fortuna pendet, id parum est firmum.

Mortuo q̄ mittit munus, nil dat illi, adimit sibi.

Olim solent inferias exhibere mortuis. Hoc perit viuis, & nihil accipit mortuus. Trochaicus est.

Minus est q̄ seruus, dominus, qui seruos timet.

Infra seruos est, qui seruos suos timet, nempe male sibi conscius.

Magis heres fidus nascitur, q̄ scribitur.

Filius nascitur hæres, hæredipeta scribitur.

Malo in consilio fœminæ vincunt viros.

In rebus malis, plus sapiunt fœminæ q̄ viri.

Mala est voluptas alienis assuescere.

Dulcis cibus alienus, sed fœda voluptas est assuescere alienis.

Magno cū periculo custodit qd̄ multis placet.

Trochaicus est, Difficile est seruare, qd̄ expētūt multī, veluti pecuniam, aut formosam vxorem.

Mala est medicina, vbi aliquid naturæ perit.

Medicina quæ ledit naturam, dura est, velut quæ mēbrum aufert.

Malę naturæ nunq̄ doctrīna indigent.

Ad mala vel citra doctorem sumus idonei, virtus discitur.

Miseriam nescire, est sine periculo viuere.

Qui sine periculo viuit, is feliciter viuit. Vita tuta, q̄
uis humilis, felicissima est.

Male viuunt qui se semper victuros putant.

Semper enim prorogant in crastinum, si quid est vo
luptatis aut bonæ rei.

Maledictum interpretando, facies acrius.

Quidam excusant cōuiciū interpretatione, atq; ita
magis irritant.

Male secū agit æger, medicū qui heredem facit.

Inuitat enim, vt occidat.

Minus decipitur, cui negatur celeriter,

Minus enim diu sperat, & frustratur leuius.

Mutat se bonitas, cum irrites iniuria.

Boni fiunt mali, si prouoces.

Mulier cum sola cogitat, male cogitat.

Mulier apud se cogitabūda, aliqd mali voluit i aīo.

Male facere qui vult, nusq̄ nō causam inuenit.

Malis nusq̄ deest occasio male faciendi.

Maleuolus semper sua natura vescitur.

Etiam si deest præmium maleficij, tamen maleuolus
fruitur sua malitia, & vel gratis malus est.

Multos timere debet, quem multi timent.

Quem multi timent, hūc pauci amant. is igitur vis
cissim timeat oportet, a quibus timetur.

Male imperando summū imperiū amittitur.

Summum imperium est bene imperare, id amittitur
male imperando. siue nullum imperiū tam potens, qd
non amittatur, si tyrannice imperes.

Mulier que nubit multis, multis non placet.

Male audiunt vulgo q̄ sepius mutāt maritū. Aut infoc

lices sunt, aut incōtinētes, aut incōstantes, aut morosę.
Malum consilium est, qđ mutari non potest.

Nunq̄ te inuoluas eiusmodi nodo, vt explicare te nō
possis. Hunc versum adiecimus ex Aulo Gellio.

Nil agere semper infelici est optimum.

Qui infortunatus est in rebus gerendis, huic optimū
est in ocio viuere.

Nil peccent oculi, si animus oculis imperet.

Oculos incusamus, quasi ministrant occasionē ma-
larum cupiditatum. At animus in culpa est, qui oculis
nō imperat.

Nil proprium ducas, quod mutari possit.

Nihil existimes vere tuū ac ppetuū, qđ possit auferri.

Non cito ruina perit vir, qui ruinam timet.

Fortasse sic legendū vt sit Trochaicus. Nō cito perit
ruina, qui ruinā p̄tinet. Id est nō facile opprimitur
incommodo, qui p̄cauet incommodum, & non facile
opprimitur periculo, qui periculum obseruat.

Nescis quid optes, aut qđ fugias: ita ludit dies.

Iambicus est tetrameter. Ita ludit tempus & fortunę
vicissitudo, vt sępe quę putaris optima, sentias maxi-
me nocere, & contra.

Nunq̄ periculum sine periculo vincitur.

Et hic citat ab Gellio. Audēdū ē aliquo pacto, si cupi-
as effugere p̄culū. Nā q̄ timet oīa, nūq̄ sese explicabit.

Nulla tā bona ē fortuna, de qua nil possis queri.

Trochaic⁹ ē. Felicitati, semp̄ aliqđ adiūctū incōmodū

Nusq̄ melius morimur homines, q̄ vbi libenter
viximus.

Ibi mori optimū, vbi iucūde viximus. Trochaic⁹ est.

Negandi causa auaro nunq̄ deficit.

Qui non dat libenter, semper aliquam inuenit causam, cur non det.

Nimum altercando veritas amittitur.

Moderata disceptatione veritas excutitur, at immoderata perdit, id q̄ prorsus accidit sophisticis quibusdā ac rixosis disputatorib⁹. Hic versus a Gellio citat⁹.

Quotidie damnatur, qui semper timet.

Qui sibi conscius semper timet supplicium, is cottidie damnatur.

Quotidie est deterior posterior dies.

Semper ætas vergit in peius, hoc est, mores hominum indies magis ac magis degenerant.

Ridiculū est odio nocentis perdere innocentia.

Trochaicus est. Stultum est sic odisse peccatum, vt ipse pecces, veluti si quis ob impudicam vxorem veneno tollat adulteram, & sic puniat adulterium, vt ipse fiat veneficus.

Pars beneficii est, quod petitur, si bene neges.

Quidam ita moleste dant, vt gratia amittat beneficij. Quidam adeo comode negant, vt videantur dedisse.

Stultum est timere, quod vitari non potest.

Veluti mortem, aut aliud fatale incommodum.

Timidus vocat se cautum, parcum sordidus.

Suis qsq̄ vitijs blandit, eaq̄ extenuat mutatq̄ noib⁹.

Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.

Et hic refertur ab Aulo Gellio. Si sinas impunitum peccatum, facis vt iterum libeat peccare.

Tā deest auaro quod habet, q̄ quod non habet.

Hūc senariū citat Seneca in cōtrouersijs. Auarus nō magis vtitur suis q̄ alienis, vtriusq̄ igit̄ ex se quo caret.

O vita misero longa, felici breuis.

Et hunc refert Seneca. Infelices laborant vita tædio.
Felicibus mors ante diem videtur accidere, q̄ vita tæ-
dium non sentiant.

Finis Erasmo Roterodamo castiga-
tore & interprete.

ERASMVS Roterodamus lectori S. D.

Fac memineris lector, quæ hactenus legisti, Ethnicorum
esse decreta, vt scias cum iudicio esse legenda. Quæ nūc
leges ipsius CHRISTI, & sanctæ ecclesiæ sunt oracula
quæ tuto sequi possis, imo quæ sola beatum possint ef-
ficere. Proinde sic lege, vt rem seriam, ac Vale,

Christiani hominis institutum per
Erasmum Roterodamum.

AD Gala. v. Valet in Christo fides, quæ per
dilectionem operatur.

FIDES.

Credo Primus articulus.

Confiteor primum ore pio, venerorq̄ fidei
Mente deum patrem, vel nuru cuncta potentē,
Hunc, qui stelligeri spatiosa volumina cæli,
Et solidum omniparæ telluris condidit orbem.

Et in Iesum. II.

Eius item gnatum Iesum, cognomine Christū;
Quæ dominū nobis agnoscim⁹ & veneramur;

Qui conceptus. III.

Hunc Maria afflatu diuini numinis, aluo
Concepit virgo, peperit purissima virgo;

CHRISTIANI HOMINIS

Passus sub Pontio. III.

Et graue supplicium inmeritus damnate Pilato
Perulit, infami suffixus in arbore mortem
Oppetiit, tumulatus homo est, claususque sepulcro.
Interea penetrat populator ad infera regna.

Tertia die. V.

Mox ubi tertia lux mesto se prompserat orbi.
Emersit tumulo, superas rediuius in auras.

Ascendit. VI.

Inde palam at herea scandit sublimis in arcem.
Illic, iam dexter patri assidet omnipotenti.

Iterum venturus. VII.

Idem olim rediturus, ut omne iudicet orbem.
Et viuos pariter, vitaque & lumine cassos.

Credo in spiritum. XIII.

Te quoque credo fide simili spirabile numen
Halitus, afflatusque dei sacer, omnia lustrans.

Sanctam ecclesiam. IX.

Et te confiteor sanctissima concio, qua gens
Christigena arcano nexu coit omnis in vnum
Corpus, & vnanimis capiti sociatur Iesu.

Hinc proprium nescit, sed habet communia cuncta.

Remissionem peccatorum. X.

Hoc equidem in coetu sancto, peccata remitti
Credo, vel iis sacro fuerint qui fonte renati,

Vel qui diluerint vltro sua crimina fletu.

Carnis resurrectionem. XI.

Nec dubito, quin exanimata cadauera rursum

In vitam redeant, animas sortita priores,

Vitam aeternam. XII.

Vtraq; pars nostri, corpusq; animusq; deinceps
Iuncta simul, vitam ducent sine fine perennem.

Septem Sacramenta.

Hoc quoq; persuasum est, ecclesia mystica septē
Munera dispensat, quæ sacramenta vocantur.

Hinc variæ dores, & gratia plurima menti

Cælitus inferitur, si quis modo sumpserit apte;

Ordo Primum.

Ordine namq; sacro, confertur sacra potestas,

Vt fungare ministeriis, Christo auspice, sanctis;

Matrimonium. ii.

Munere coniugii nati hunc prodimus in orbē;

Vsq; adeo pulchri, pulcherrima portio mundi;

Baptismus. iii.

Munere baptismi longe felicius iidem,

Qz prius, in te Christe renascimur, atq; noua;

Confirmatio. iiii.

Deinde in amore dei, nos confirmatio sacra

Constabit, mentemq; inuicto robore durat;

Eucharistia. v.

Myſticus ille cibus (Græci dixerẽ ſynaxin)
 Qui panis viniq; palam ſub imagine, Chriſtũ
 Ipſum præſentem vere exhibet, intima noſtri
 Viſcera, cœleſti ſaginãt, & educat eſca,
 Inq; deo reddit vegetos, & reddit adultos.

Pœnitentia. vi.

Si quem forte deo capitalis reddidit hoſtem
 Noxia, continuo metancea medebitur illi,
 Reſtituet lapſum, reſciſſaq; ſœdera, ruruſum
 Sarciet, offenſi placabit numinis iram:
 Commiſſi modo pœniteat, pigeatq; nocẽtem:
 Iſq; volens peragat præſcripta piãmina culpa.

Vnctio. vii.

Vnguinis extremi mun⁹ nos munit, & armat,
 Migrantemq; animã per ſumma pericula, tuto
 Tranſmittit patrię, & ſuperis, cõmẽdat euntẽ.

Amor dei.

Hac eſt indubitata fides: cui pectore certo
 Nixus, amabo patrẽ ſuper omnia cũtipotẽtes
 Qui me cõdideritq;, & in hũc pduxerit orbẽ.
 Ruruſus amore pari dominũ complectar Ieſum
 Qui nos aſſeruit, precioq; redemit amico,
 Spiritũ item ſanctum, qui me ſine fine benigno
 Afflatu fouet, atq; animi penetralia ditans,
 Dotibus arcanis, vitali recreat aura.

Atq; híc ternio sanctus: & omni laude ferendus
 Toro ex corde mihi, tota de mente, supremis
 Viribus, obsequio, meritoq; coletur honore,
 Húc vnú reuerebor, & hoc semel omnis í vno
 Spes mea figetur, hoc omnia metiar vno:
 Híc propter sese mihi semper amabitur vnus,
 Amor sui.

Post húc haud alia ratione, ac nomine charus
 Ipse mihi fuero, nisi quatenus omnis in illum
 Ille mei referatur amor: fontemq; reuisat,

Fuga peccati.

Culpã præterea fugiam pro viribus omnem,
 Præcipue capitale tamen vitauero crimen.
 Quod necat atq; auimã letali vulnerat ictu,

Superbia. Inuidia. Ira.

Ne fastu tumeam: ne vel liuore maligno
 Torquear: aut bili rapiar feruente cauebo,
 Gula. luxuria. Pigrítia.

Ne vel spurca libido: vel insatiabilis aluus,
 Imperet enitar: ne turpis inertia vincat,
 Auarítia.

Ne nunq̃ saturanda fames me vexet habendia:
 Plus satis vt cupiam fallacis munera mundi,
 Fuga malorum hominum.

Improba pestiferi fugiam commercia coetus

Omnia, summo animi conatu, proq; virili.

Studium pietatis.

Atq; huc incumbam nervis ac pectore toto,

Vt magis atq; magis superet mea gratia virtus,

Augescatq; pia diuina scientia menti.

Deprecatio.

Orabo, superosq; precum libamine puro

Placare adnitur, cum tempore sedulus omni

Tum vero eximie, quoties lux festa recurret.

Frugalitas victus.

Frugales epulae semper, mensaq; placebit.

Sobria mundities, & auari nescia luxus.

Ieiunium.

Seruabo reuerens, quoties ieiunia nobis

Indicit certis ecclesia sancta diebus.

Mentis custodia.

Sancta uti sint mihi secretae penetralia mentis,

Ne quid eo subeat fœdumve nocēve, studebo.

Linguae custodia.

Ne temere iuret, ne vnq; mendacia promat,

Turpia ne dictu dicat mea lingua, cauebo.

Manus custodia.

A furto cohibebo manus, nec ad vlla minuta

Viscatis mittam digitos, & siquid ademptum

Cuiq; erit, id domino properabo reddere iusto.

Restitutio rei forte repertę.

Id quoq; restituã, si quid mihi forte reptũ est.
 Me penes haud patiar prudens aliena morari,

Amor proximi.

Nec secus atq; mihi sum charus, amabitur ois
 Proximus, est autem ni fallor proximus ille

Quisq; homo est, ac sic amor, hic referat amici
 In Christum, vitamq; piam, veramq; salutem.

Huic igitur fuerit quoties opus, atq; necesse,
 Sedulus officio corpusq; animumq; iuuabo,

Vt mihi succurri cuiquam, si forsan egerem,
 Id tamen in primis prestabo vtriq; parenti,

Per quos corpeo hoc nasci mihi cõtigit orbe,
 Tum praeceptorĩ, qui me erudit, instituitq;

Morigerus fuero, ac merito reuerebor honore
 At rursus dulciq; scholæ, studiĩq; sodales.

Semp (vti par est) sincero amplectar amore,
 Assidua confessio.

Si quando crimen fuero prolapsus in vllum,
 Protinus enitar, pura vt confessio lapsum

Brigat, ac iusta tergatur noxia pœna.

Sumptio corporis Christi in vita.

Ast vbi sacratĩ me ad corporis atq; cruoris
 Cœlestes epulas pietasq; diesq; vocabit,

Illotis manibus metuens accedere, pectus.

f iij

ISOCRATIS AD DEMONICVM

Ante meum, quanta cura, studioq; licebit,
Purgabo maculis, virtutum ornabo nitelis,

Morbus,

Porro vbi fatalis iam terminus ingruet aui,
Extremumq; diē cum morbus adesse monebit,
Mature sacramentis me armare studebo,
Atq; his muneribus, q̄ ecclesia sancta ministrat
Christigenis, reteget confessio crimina vitæ
Sacrificio, sumā Christi venerabile corpus,

Mors,

Quod si vicinē propius discrimina mortis
Urgebunt, supplex accersam qui mihi rite
Oblinat, ac signet sacro ceromate corpus,
Atq; his præsidis armatus, sic vti dignum est
Christicola, forti ac fidenti pectore, vita
Decedam, bonitate dei super omnia fretus,

Hoc fac & viues,

Erasmus lectori.

Sequentē libellum denuo contulimus cum Græcis,
Deprehendimus vnā abesse sententiam, sed quæ no-
bis esset suspecta, tanq̄ notha. Adiecimus tamen addita
nota, ne quis existimaret casu omissam, cum in vulga-
tis exemplaribus habeatur. Rursum alibi Rodol-
phus Ἰσοκράτης legisse videtur, vbi græci codices excusi
Ἰσοκράτης habent.

Rodolphus Agricola Ioanni Agricole
suo fratri, S. D. P.



Nihil habeo mi frater, quod vel ego aptius tibi pro
nostra necessitudine (ut qui frater sum tuus)
afferre possim, vel tu potius pro tua aetate
(ut qui prima iuuenturæ spatia ingrederis) ex
me expectare debeas, quod ut vndecumque possim, ea tradam
tibi, quibus & eruditione ornatior, & vita melior eras
das. Idque dignum studiis meis, dignum amore nostro
arbitror munus, ea parare tibi, quorum usus non tem-
pore intercidat, non casibus obnoxius sit. Sed quemad-
modum natura perpetuo nos deuinxit pignore, ita il-
la quoque quæ a me accipis solida perinde sint, perpetuo
que tibi adiuumento futura. Quod si pulchre apud poetam il-
le monuisse filium videtur, qui inquit. Disce puer virtu-
tem ex me, verumque laborem, Fortunam ex alijs. Et illa que
de ille cuius omnis conatus pendebat ex fortuna, omnis
ad fortunam labor dirigebatur: non immerito virtutis ego
tibi hortamenta colligam, qui vitam hactenus eis im-
pendi studijs, quæ vera, certissimaque ad virtutem ducunt
via. quæque in rebus humanis quid expectandum sit, quod fugi-
endum, quid recte secusve fiat, velut in speculo conspicien-
dum nobis, considerandumque proponunt. Cum sint autem
permulta que ad vitam pertineant institutionem, grecis la-
tinisque literis conscripta, egregia in primis & admirabi-
lis Isocratis ad Demonicum Parænesis mihi videtur. Ea. n.
sua uita est dicendi, is ornatus, & (ut ita dicam) insculptura
orationis, tanta præterea maiestas, utilitas, decor præcepto-
rum, ut si quemadmodum pugiles meditato quosdam no-
dos nexusque habent, quibus in certamina subito vel non co-
gitantes etiam utantur: Ita nos quoque oporteat, certa que
dam & ad manum posita vitam habere præcepta, que omnes no-
stras, velut ad filium, dirigant actiones, quorumque tenax in-
strumentibus nostris memoria, recti nos limite egredi-

ISOCRATIS AD DEMONICTM

vbique vetet, hic libellus aptus, vel maxime ad hanc rem atque accommodatus mihi videtur. Eum itaque, in latinum sermonem a graeco conuerti, re scrupulosam conatus, vel numeros quoque, quorum ille fuit obseruatissimus, & schemata, vel (ut nos dicimus) exornationes orationis, quo ad possem imitarer. Per similitur enim cadentia & desinentia, & aequata & contrapositiona, & reliquos id genus ornatus, voluitur oratio. Quorum ut studiosus precipue Gorgias Leontinus preceptor ipsius alijque aetatis illius sophistae fuerunt, ita diligentior ipse, ut secuta ipsum, non affectata videretur. Hunc ego legendum tibi etiam atque etiam, & ad verbum quoque ediscendum censeo, semperque velut ante oculos, tamquam regulam quamdam, vitaeque praescriptum habendum. Ita fiet, ut non solum inleuat os tuum, verum animum quoque emendet. Quemadmodum enim ad doctrinam praecipuum est intelligere quae legas, ita ad virtutem maximum facere, quae intelligas.

Isocratis ad Demonicum Parænesis, per eruditissimum virum Rodolphum Agricolam e graeco in latinum sermonem traducta.



N multis Demonicè rebus multum inuenimus distantes bonorum mentes atque malorum cogitationes: multo vero maximum accipere, discrimen circa mutua consuetudinem vitae. Hi enim praesentes solum amicos venerantur. Alij eos quoque, qui longe absunt benevolentia persequuntur. At malorum quidem amicitias tempus exiguum dissoluit, at bonorum ne omnes quidem tui tractus extinguit. Quum putet igitur eos, qui gloriam expetunt, quoque suos eruditioni conatus destinant, bonos & nequaquam malos decere sectari, hanc orationem dono tibi missi, indicium erga te benevolentiae, signumque cum Hipponico familiaritatis. Decet enim liberos quemadmodum facultatum, ita amicitiae quoque paternae hereditate suscipere. Video autem & occasionem nobis conuenientem, & praesentis, nos oppor-

tunitatē tēporis adiuuantē. Tu em̄ erudiri cupis, ego
 erudire alios adnitor. Tu sapientiæ studio adhuc tene
 ris, ego deditos illi recta via deduco. Quicumq; autem
 adhortatorias ad amicos suos orationes ꝑscribūt, pul
 chrū illi quidē opus assumunt, non tū circa id qđ est in
 Philosophia præstantissimū, laborāt. Qui vero adole
 scentibus præmonstrāt, nō ea, quibus vehemētiā in di
 cendo consequantur, sed quo pacto vita moribusq; in
 dustrii fiant, tanto magis, q̄ illi audientibus profunt,
 quātum interest, qđ illi ad sola ipsos verba confirmāt,
 hi vero ipsorū quoq; facta emēdant. Quāobrem nos nō
 exhortationem tibi parantes, sed institutionē tibi scri
 bentes, pergemus nostri te cōsiliij participē facere: quas
 res oporteat adolescentes desiderare, & q̄ rursus opera
 vitare: qualibus itē hoibus se coniungere, & quomodo
 suam ipsorum vitā instruere. Quicumq; em̄ vitæ cur
 sum hoc itinere fecerunt, hi soli ad ipsam virtutem in
 genere adire potuerunt. Qua nō res honestior, nō con
 stantior est vlla. Pulchritudo em̄ vel valetudine perit,
 vel tempore flaccescit. Diuitiæ vitiorū sunt potius, q̄ in
 integritatis ministræ: facultatem nempe desidię præbē
 tes, & ad voluptatem iuuenes excitantes. Robur pru
 dentiaē coniunctū ꝑfuit, sine illa vero sepius eū qđ id ha
 bet offendit, & corpora quidē eorū qui se exercent ador
 nat, industriam vero mentis obscurat. Virtutis autē
 possessio, quorū bona fide mentibus ipsa coaluerit, sola
 consenscit, diuitiis potior, vtiliorq; generis splendor:
 quæq; fieri nequeunt ab alijs, illa suis viribus subdēs,
 & multitudini metuenda, cōstāter expectans. Desidiā,
 dedecus: laborem, laudē arbitratur. Hoc cognitu ꝑfaci
 le est, ex gloria certaminuz Herculis, operūq; a Theseo
 gestorū. Quib⁹ morū ꝑstātia tātū laudis isigne, opib⁹ ad
 iecit, vt oīs tēporū posteritas reb⁹, q̄s gesserūt, offūdere
 negerint obliuionē. Sed & tu quoq; memor ꝑris tui vi

uendi sectæ, nonne habebis pulchrum atq; domesticū eorum, quæ a me tibi dicentur exemplum? Neq; enim parui virtutem faciens, neq; secordiæ deditus egit ætatem; sed corpus laboribus exercebat, animo pericula subibat, neq; extra modum diuitias expetebat, sed præsentibus quidem fruebatur bonis, veluti mortalis, gerebat curam futurorum, velut immortalis. Neq; vero contempte vitam instruerat, sed elegans erat & magnificus, simulq; expositus amicis. Impensius laudabat officio ipsum prosequentes, q̄ generis sibi necessitudine deuinctos. Persuadebat enim multo ad amicitiam efficaciorē esse naturam lege, mores genere, electionē necessitate. Tēpus in præsentia nos deficeret, si omnes illius actiones enumerare pergamus, exacteq; de illis nobis alio erit loco differendum. Nunc signū quoddā Hipponici susulimus naturæ, ad quem velut exemplar vitam formes oportet, legemq; tibi mores illius putes, & imitatore m te amulūq; virtutis paternę præbeas. Turpe nāq; fuerit pictores pulcherrima quæq; exprimere animantium, & liberos non imitari industriam parentum. Existimes autem nullum ita pugilem cōtra aduersarios suos decere meditari, sicut te cōsiderare, quo pacto cū patris tui ratione viuēdi deceret. Fieri autē nō potest, vt animū quisq; taliter formet, nisi multis ante honestisq; præceptis fuerit expletus. Corpora nāq; moderatis laboribus, anim⁹ vero actionibus honestis roborat. Experiar igitur breuiter ea tibi exhibere, quibus obseruandis in vita plurimū mihi videaris virtutibus additurus, & gloriā cūctos apud homines consequuturus.

Drimū quidem piē diuina colas, nō solum sacrificans, verū etiā qd iuraueris præstans. Illud em̄ affluentię opum est

signum, hoc morum probitatis indicium.
 Numen venerare semper quidē, præsertim quā
 ciuitas, sic enim simul videberis sacra deo face-
 re, legibusq; obtemperare.

Talem te exhibeas erga parentes, quales exhi-
 bere se tibi voles ex te progenitos.

Firma exercitationibus te corporis, nō eis, q̄ ro-
 bori, sed q̄ sanitati; cōducūt, Id assequeris si desi-
 nas laborare tolerando adhuc labori sufficiēs.

Neq; in risum procliuius esse velis, neq; in ver-
 ba confidēs. illud em̄ stulti, est, istud furentis.
 Quæ factu turpia sunt, ne dictu quidem pu-
 tes honesta.

Fac assuescas non trīstis esse, sed cogitabun-
 dus. propter illud enim ferox, propter hoc
 prouidus esse crederis.

Putes in primis decere te modestiam, pudorē,
 iustitiam, temperantiā, istis enim omnibus con-
 tineri probitas adolescentium videtur.

Neq; latiturū te, si turpe quippiā feceris, speres,
 vt em̄ alios celes, te ipsum tñ consciū habebis.

Deum time, parētes honora, amicos reuerere,
 Legib⁹ obedi, voluptates sectare glorię iūctas.
 oblectatione enim cum honestate nihil est me-
 lius, sine illa vero nihil est peius.

ISOCRATIS AD DEMONICVM

Obtrectationes deuiles , tametsi fuerint falsæ: vulgus enim veritatem ignorat , opinionemq; potius spectat.

Sic facito cuncta, velut neminẽ celaturus, tãetsi enim parũper occultes, postea tamen detegeris. Plurimũ tibi opinionis adiunges, si appareat ea te nõ facere, q̃ si fuerint ab aliis facta, rephẽdas. Si cupide didiceris , multa quoq; disces, quorũ habes doctrinã, ea meditationum custodi curis, at, quæ nescis, ea perceptis adiunge doctrinis.

Aequè nãq; turpe est, eum qui vtilẽ audit orationem non addiscere, & cui dat ab amicis munus aliquod non recipere.

Vitæ ocium studio percipiendæ eruditiois impende: sic enim difficulter ab aliis inuenta, facile tibi percipere continget.

Putam multitudinem præceptionũ multis opib9 esse potiorem, istę em̃ celeriter dilabuntur, illæ in omne permanent tempus. Sola enim rerum omnium immortalis est sapientia.

Non pigeat longũ facere iter ad eos, qui cõducibile se aliquid docere profitentur. turpe nãq; fuerit mercatores tanta transire maria, quo cumulationes suas opes efficiant, adolescentes vero ne terra qdẽ sustinere proficisci aliquo, quæ

tenuis meliorem suam faciant mentem.

Moribus fac ut sis comis, verbis aut affabilis. est aut comitatis benigne obuios appellare: affabilitatis, familiariter cum ipsis verba concitare.

Benignum te prebeas cunctis, optimis aut utaris: sic & illis inimicus non eris, & istis amicus fies.

Neque crebro conuenias eosdem, neque diu cum eis agas de eisdem, satietas enim est omnium.

Exerce spontaneis te ipsum laboribus, ut adactos quoque perferre queas.

A quibus turpe est animum vinci, eorum omnem temperantiam exerce: lucri, irae, voluptatis, doloris.

Id autem continget, si lucrum putaueris id, quo gloriam augeas, non quo diuitiis addas.

In ira si talis sis aduersus peccantes, quales delinquenti tibi esse alios velles. In iucundis, si turpe putaueris, seruis te tuis imperare, voluptatibus vero seruire.

In aduersis, si alienas respicias calamitates, tibi quoque homo sis, in memoriam subinde deducas.

Verborum magis quam pecuniarum deposita tue re: decet namque viros iureiurando se, fideles prestare.

Consentaneum puto perinde malis non credere, quemadmodum fidem bonis habere.

Quæ nolis efferrî, nemini dixeris, nisi tantûdem expediat ea taceri & tibi dicenti, & illis, qui au-
dierunt. Iusiurandum adactum propter duas
accipito causas, vel vt teipsum turpi crimine
exoluas, vel vt amicos tuos in magnis periculis
serues. Pecuniarum autem gratia nullû numé
iuraueris: videberis enim aliis peierate, aliis pe-
cuniarum cupidus esse.

Nullû fac amicû, nisi exploraueris ante, quo pa-
cto prioribus sit vsus amicis: spera nãq; ipsum
erga te futurum talem, qualis & erga illos fuit.
Tarde fias amicus, factus aut da operã, vt pma-
neas. tantûdem em dedecoris est, & nullum ami-
cum habere, & crebros subide amicos mutare.
Neq; cum damno amicos probes, nec inexper-
tus ipsorum esse velis. hoc autem facies, si & cû
nullius indigeas, te simules indigere, & illa, quæ
vulgari nihil referat, velut occultanda concre-
das. deceptus enim opinione, nihil offendes, nō
deceptus, mores illorum rebus fictis nosces.

Amicos proba, & ex vitæ aduersitate, & ex peri-
culorum societate. Aurum enim igne perspici-
mus, amicos vero inter aduersa cognoscimus.
Amicis hoc pacto vteris commodissime, si non
vt ab eis rogeris expectes, sed pollicens vltro

ipsis, in tēpore succurras. Aequē putes turpe, & ab inimicis superari iniuriis, & ab amicis superari beneficiis.

In familiaritate proba non solum malis tuis indolentes, verū etiam bonis non inuidentes. multos enim qui cum infelicibus moerent, prosperitatis illorum inuidia torquet.

Absentium amicorum fac memineris apud praesentes. vt rationem etiam istorum quoque absentium habere videaris.

Circa vestitum elegans, non splendidus esse velis. est autem elegantis quidem magnificū, splendidi vero esse profusum.

Ama rerum non immensam possessionem, sed moderatam perfruitionem.

Contemne diuitiarum studio occupatos, atque iis quae habent, vt nescientes. Simile namque contingit illis, quod equum possidenti bonum, & equitare nescienti.

Adnitere diuitias tibi, pecunias scilicet, atque possessiones apparare: sunt autem pecuniae illorum qui recte ipsis frui sciunt, possessiones, qui ipsi vtiqueunt. Dilige quas habes facultates, duas ob causas, vt & magnum aliquod damnum resarcire, & amicis probis laborantibus possis opem

ferre, ad reliquum vitæ vsum non plus equo, sed moderate ista concupisce.

Amplectere quidem præsentia, quærasq; meliora. Nulli calamitatem exprobraris, communis enim est fortuna, & futurum incertum.

Bonis benefac, honestus enim thesaurus est gratia, quæ a bono viro debetur.

Si malis bene facias, simile tibi continget, quod qui alienos canes pascant: illi enim danti, sicut te mere occurrētī, allatrant, mali quoq; eos qui pro sunt, sicut qui nocent, similiter offendunt.

Adulātes auersare, perinde atq; fallentes: vtriq; em̄ cū eis fides habet, iniuria afficiūt eos, qui sibi crediderūt.

Si amplexus fueris amicos qui ad pessima gratificantur, nō habebis vnq̄, qui tibi ad ea quæ sunt optima sequendū obsistant.

Comem te præbeas eis, quibuscum cōuersaris, & non insolentem: superborum enim fastum vix serui quoq; perferrent, at morum comitatē cuncti benigniter acceptant.

Eris autem comis, si neq; iurgator sis, neq; im placidus, neq; cū omnibus cōtendas: neq; irē eorū quibuscū agis celeriter occurras, neq; si iniuste quidem fuerint irati, sed efferuescentibus cōcedas: deinde ipsos, vbi relanguerit ira, reprehē

das, neq; inter redicula seriis, neq; inter seria ridiculis gaudeas. Intēpestiuū enim vbīq; est molestum. Neq; ingrate gratiā ineas, qđ multis euenit, qui faciūt quidem, sed egre tamē amicitiaē in seruiunt. Neq; cupidus fueris vel culpandi, quia graue est: vel castigandi, quia est acerbum.

In primis caue tibi a potādī consuetudine, qđ si quando tulerit tēpus, caute ebrietatem fuge. cū em fuerit mēs vino corrupta, patitur idē qđ currus solent, qui suos effuderunt aurigas, illi nāq; nullo ordine (suis destituti rectoribus) feruntur: animus quoq; plurima peccat, ratione subuersa. Immortalia sentias, magnitudinem animi p̄ te ferēdo: mortalia vero, moderate p̄tib⁹ p̄fruedo. Tāto modestiam meliorem immodestia putes, quantum est qđ alia quidem omnia peruerse facta lucro sunt eis, qui illa admittunt. sola autem immodestia damno afficit eam habentes. plerunq; enim quos verbis offenderunt, illis rebus poenas luunt.

Quorum cōciliare tibi amicitiam velis, boni qđ piā de eis p̄dices apud illos, qđ sunt renūciaturi. Principium enim amicitiaē, laus est: inimicitiaē, vituperium.

Quum consulis, p̄terita sumas in exemplū futuri

ISOCRATIS AD DEMONICVM

rorum. latens enim ex eo quod apertum est, expeditissime poteris cognoscere.

Delibera diu, celeriter vero confice quod decreuisti. Optimum puta contingere nobis a deo prosperitatem, a nobis ipsis prudentiam.

Quibus de rebus libere proloqui te pudet, visque cum amicis aliquibus de eis communicare, verbis velut de alieno negotio utere, sic enim & illorum sententiam nosces, teque ipsum haud quam manifestum reddes.

Quum super tuis rebus aliquem in consilium tibi assumes, considera primum quo pacto suas ipse res gessit. Qui enim male administravit suas, nunquam bene consulat in alienis.

Ita poteris maxime ad consulendum excitari, si calamitates quas affert temeritas spectes. sanitatis namque tunc precipue curam habemus, quam valerudinis aduersae dolorum recordamur.

Regum imitare mores, illorumque vitae rationem sectare, videberis enim amplecti illos, vel æmulari.

Itaque apud multitudinem tibi maiorem contingeret laudem assequi, & constantiore regum benevolentia perfrui.

Obsequere legibus quas reges statuerunt, firmissimam tamen legem mores illorum putes, sicut

enim q̄ rempublicam gubernat, opus habet populum obseruare: ita sub principatu uiuentem, maxime regem decet honorare.

Magistratu p̄ditus nemine ad obedienda ministeria malo utere: quæ enim ille deliquerit, eorum in te culpa referetur.

Ex publicis administrationibus abeas non opibus cumulator, sed gloria honestior, multis enim opibus præstantior est multitudinis laus.

Nullam rem inhonestam neq̄ dicto neq̄ facto iuuersis: videberis enim ipse talia facere, qualia facient es alios tueris.

Sic te compara, ut aliis superior esse possis, sis tamen æquo contentus: ut iustitiam videaris; expectere non propter imbecillitatem, sed propter æquitatem.

Elige iustam potius paupertatem, q̄ diuitias iniustas: tanto enim præstantior est opibus iustitia, ut illæ solis diuitibus profint, hæc vero defunctis, etiam gloriam præstet: & illæ passim improbis contingant, hæc malis prorsus sit inaccessa.

Neminem tibi iunxeris, eorum, quibus iniustitia lucro est, sed potius eos, qui propter iustitiam ferunt iacturas: iusti enim & si nulla alia re superent iniustos, honesta tamen spe ipsos antecellunt.

ISO CRATIS AD DEMONICVM

Omniū curam gere, quæ ad vitam pertinent
maximèq; omnium, prouidentiam tui ipsius ex-
erce, maximum enim in minimo est mens bona
in humano corpore.

Operam da, vt sis corpore laborum patiens, ani-
mo sapientiæ appetens: vt illo perficere possis de-
creta, hoc decernere faciēda.

Quicquid dicturus es, prius apud animum tua-
um expende: multorum enim cogitationem lin-
gua præcurrit.

Putā rerum humanarum nihil esse firmum: ita
nec in prosperis lætitiā gesties, nec in aduersis
dolore concides.

Duo tibi tempora ad dicendum deputa, vel cū
sint aliqua de quibus exploratum habeas, vel de
quibus dicere necesse. In solis enim istis potior
est silentio sermo, in reliquis melius fuerit tace-
re q̄ loqui.

Gaude cū tibi contigerint bona, moderate-
q; dole, vbi inciderint mala: neutrius tamen
animi in aliis esse velis manifestus. Absur-
dum enim est reconditas in domibus opes asser-
uare, & cogitationem in propatulo positam cir-
cunferre.

Magis dedectis vites, q̄ periculum. oportet em̄

malis formidabilem esse finem vitæ: probis vero vitam cum turpitudine coniunctam.

Conare in primis vitā in tuto collocare, q̄ si tamen contigerit in periculum te deuocari, quare in bello salutem cum honesta opinione, & nō cum pudēda fama, mori nāq̄ cunctis prouidentia decreuit: sed honeste vita decedere, id bonis tātum viris proprium natura concessit.



Ecce mirum tibi videatur, si multa, quæ diximus, haud quāq̄ præsenti tuæ conueniūt etati. non enim id me latebat, sed statui eadem opera & præsenti vitæ consilium tibi proferre, & futuri temporis monita relinquere: quæ quanto tibi sint vsui futura, facile cognoscas: qui vero tibi cum beneuolentia consulat, difficulter consequeris. Ut ergo reliqua non ex alio requiras, sed hinc velut ex gratio proferas: decreui nihil eorum prætermittere, quæcunq̄ tibi possem in cōsiliū asserre. Gratiam autem habeo deo ingentem, si quam de te concepi, nō me fallat opinio. Plerosq̄ enim videmus, vt tibi iucundissimis potius, q̄ saluberrimis delectari, ita seducentibus a vero amicis potius accedere, q̄ illis, qui ad meliora hortemur. Te vero puto cōtra instituisse pergere, indicium mihi tuam circa reliquum vitæ cultum industriā sumens. qui enim rectissima sibi ipse agere indicit, consentaneum est, eum aliorū ad virtutem exhortantium monita nō segniter amplecti. Præcipue excitabit te vterumq̄ honestarum amore tenearis, si perspexeris, q̄ ex ijs voluptates, per q̄ legitime habem⁹. In secordia nāq̄, satiandarūq̄ libidinum studio, continuo sunt la-

bores voluptatib⁹ adiuncti: enixus vero ad virtutē co-
natus, modestaq; vitę institutio synceritas semper, cer-
tioresq; referunt oblectationes. Et illic quidem gauissi
primum, postea dolemus, hic post laborem volupta-
tes capimus. In cunctis autem rebus non ita princi-
pij meminimus, quemadmodum exitus sensu moue-
mur. Plurima enim in vita nō propter res ipsas agi-
mus, sed consequentium gratia elaboramus. Cogita au-
tem q̄ malis conuenit passim quicquid obuium est age-
re: hanc enim protinus vitę sibi regulam pręscripse-
runt. Bonos vero oportet nequaquā virtutem negligere,
vel in multorum incurrere reprehēssiones. Cūcti enim
non perinde oderunt eos, qui se fallunt, sicut qui pro-
bos esse se iactant, nullaq; in re vulgo sunt pręferendi.
Recte quidē. Nā si eos, qui solis verbis fraudem struūt
improbamus, quomodo eos, qui tota oberrant vita,
non aspernādos putabimus? Meritoq; credimus istos
nō solum in seipsos delinquere, sed & animi sui esse pro-
ditores. Ipse enim opes illis gloriamq; & amicos pe-
perit, illi vero seipsos indignos hac sua felicitate fece-
runt. Quod si oportet eū, qui mortalis sit, scrutari cō-
iēctura cęlestium mentem, arbitror in familiarissimis
suis maxime ostēdisse, quomodo bonis sint, malisq; af-
fecti hominibus. Iuppiter enim Herculem & Tanta-
lum genuit, quemadmodum fabulę tradunt, cunctiq;
credunt: & illum quidem propter virtutē immortalitate
donauit, hunc ppter improbitatem grauissimis
calamitatibus oppressit. Quibus vtentem exemplis ex-
petere decet honestatem: & non modo his, quę nos di-
ximus, sed ex poetis pulcherrimum quodq; ediscere: &
reliquos eruditos, si quid dixerūt vtile, scrutari. Quę-
admodum enim videmus apem omnibus flosculis in-
sidentem, & de vnoquoq; optima carpentem, ita oportet,
qui vitę disciplinā expetunt, nullius rei rudes esse:

& vndiq; quę sunt vtilia colligere. Vix em̄ quis hac diligētia naturę poterit errata superare.

FINIS.

¶ Erasmus Roterodamus Alardo Amstelredamo doctissimo liberaliū artiū p. rofessori, S. D.

Libellus quem misisti, cum suis dotibus vndiq; mirū in modum placuerit, tum hoc placuit impensius q̄ olim puero mihi & lectitātū esse & placuisse memini. Si quid meo suffragio tribuis. nihil video profectum a nostrę religionis hominibus, qui eloquētię quoq; gloria floruerint, quod cum huius phrasi sit conferendum. Vt nusq̄ nō præstat egregium artificem, siue spectes ordinem, siue transitus subinde novos, siue nō vulgarem ingressum velutiq; limen argumentationis. Nullam suasorij generis partem nō tractat. Nusq̄ desidet in locis cōmūibus. Magis vrget & instat argumētis, mire pungit epiphonematis, delectat iuxta ac mouet sententijs. Quod q; magis etiam mirandum est, sic Isocratis schematibus modulata, structa, picturataq; est oratio, vt nusq̄ tamen frigeat aut ineptiat. Sic arguta, vt interim neruosa. Sic elaborata, vt tamen dilucida: sic noua, sed vt tēdio careat affectatiōis. sic festiua, vt nihilo secius grauis ac seria. sic rhetorica, vt $\gamma\upsilon\eta\sigma\tau\omega\sigma$ tamen Christiana. Deniq; sic acris ac vehemens, vt sui tamen vbiq; similis, pari intentione ad extremum vsq; calcem properans, sani videlicet vegetiq; ingenij argumentum. Gennadius dum huic stilum tribuit scholasticum, ni fallor plusculum in eo desiderauit arcanarum literarum. Ceterū libellum hunc a Rodolpho Agricola versus nō esse, vel stilus ipse satis arguit, præsertim cum quædam sint schemata, quæ nō possint quidem ad gręcā orationem respōdere. Gennadius indicat esse Eucherij Lugdunēsis ecclesię episcopi. Moxq; huius me-

ERASMI ROT. EPISTOLA.

minit epistolę, quã scripserit ad Valerianũ propinquũ suum de cõtemptu mundi, deq; relinquẽdo studio profanę philosophię. Atq; vtinã reliqua huius extarent, vel is liber, quo carptim obscura quęq; diuinorum voluminũ capitula explanauit: vel is, quo proluxa Cassiani opuscula contraxit in compendium. Sed quid vnus aut alteri⁹ libri iacturã deploram⁹? Vix a lachrymis tempero, quoties veterũ scriptorum catalogos legens video quas opes amiserimus. Auget egritudinem, quoties subit, pro qualibus amissis, qualia nunc vulgo legamus. Proinde studiũ istud tuũ Alarde charissime non possum non exosculari, quod eruendis in lucem veterũ monumentis impendis: præsertim si qua sunt eiusmodi, vt cum vera pietate veram eruditionem eloquentiamq; coniunxerint. Vtinam rem pulcherrimam conantem magnatum fauor adiudet. Tametsi audio venerabilem virum Menardum Mannium cognatũ tuũ Abbatem Edmondanum, vt in ceteris omnib⁹, ita hac quoq; in parte priscorum præsulum exempla referre. Iam hoc tibi peculiariter etiam debet Gallia, & Hilario, Ausonio, Paulinoq; suis, hoc quoq; decus possit adijcere. Siquidem ipse autor satis testatur sibi cũ Paulino patriam fuisse communem. Bene vale, ac tui similis esse perge.

Louanij.

¶ Scholia in epistolam Eucherij
episcopi Lugdunensis
per Erasmi Rot.

¶ Admodũ gloriari licet. Videtur admodũ abuti propropemodũ. Certe nouo more vsurpat aliquot locis, delectat⁹ vt appet ea voce, sicut suis locis indicabim⁹. Animo tuo causam animę tuę. Festiua adnominatio in animo & anima. Animo cupimus ac diligimus, anima theologis est pars, qua salui sumus, hoc est qua vere viuimus.

Non abhorres ingenio.) Ingeniū posuit p̄ natura, quā in eo laudat.

Per prouidam occupasse naturam.) Quasi natura illū religioni genuerit. Nisi malis legere per pronam occupasse naturam, hoc est ad pietatem propensam.

Bona sua pro parte inuenire potest.) In alijs doctrina gignit bona, in hoc quadam inuenit, insita a natura.

Multo studio tui, mei admodum parum p̄uidus.) Oratio constat ex contrarijs, tui mei, multum parum. Videtur rursus abuti admodum pro pene. Adeo tui studio ducor, vt pene parum sim prouidus mei ipsius. Primum instituti.) id est incepti & rudis adhuc.

Vt eductos sicut ab ipso, ita ipsi arbitremur.) Eductos dixit pro editos in lucem, & p̄ductos. Sensus est, vt illi us beneficio nati sumus, ita illi nati sumus, non nobis. Sicut ferri ignib⁹ mos est) Aīa veluti scintilla est eterne lucis, nempe dei, non q̄ illius pars sit iuxta quosdā, sed q̄ ab illo propius fluat magisq; lucis imaginē referat.

Ergo amantes vitam.) Nouus ingressus argumentationis, quo vsus est & Paulus apud Athenienses, cum id vltro fieri ostendimus, q̄ conamur suadere.

Vtiq; dum ad viuūt.) Dum ad positū est pro quo ad. Gregorius e Ponto) Cū multi sint apud Græcos Gregorij, dubium non est, quin sentiat de Gregorio Origenis discipulo, cui prius nomen erat Theodoro. is Neocæsariensis episcopus (Est autem in Ponto Neocæsaria) admodum adolescens, ob studia græcarum & latinarum literarum de Cappadocia Berytum, & inde Cæsariam Palestinae transiit, iuncto sibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, hortatus est eos ad philosophiam: in qua paulatim Christi fidem introducens, sui quoq; sectatores reddidit. Hic vt indicat Suidas, dictus est θαυματουργός, id est patratior miraculorum: ob id opinor,

ϕ vt in Catalogo indicat Hieronymus, librum scripserit de miraculis, quæ iam episcopus cum multa ecclesiarum gloria perpetravit. Nisi quæ hoc loco, qui Catalogum Hieronymi verterunt in linguam grecam addunt ποιήσας γέγονεῖα τε καὶ θαύματα ἡνίκα ἐπίσκοπος ἐτύγχανεν. Cum fecisset signa & miracula cum episcopus esset: intelligamus hunc librum non ab illo, sed de illo scriptum fuisse. De miraculis igitur & hic meminit. Alius item sanctus.) Parum liquet, vtrum sentiat de Gregorio Nazianzeno episcopo, quæ Suidas aut apud illum quisquis fuit indicat vehementer amicum fuisse Basilio episcopo Cæsariensi, ἀναγκαῖον φίλον appellans, hoc est necessarium amicum, ob id opinor, quod illum ad Christi philosophiam pertraxerit. an de Gregorio Nyfeno episcopo, qui fuit frater Basilij Cæsariensis episcopi, cui cum Gregorio Nazianzeno consuetudinem fuisse declarat Hieronymus, sibi vtrunq; notum ac familiarem fuisse.

Paulinus Nolanus episcopus.) Huius ingenium ac dicendi vena laudata est ab Hieronymo. Extant ipsius lubricationes, testantes illi arctissimam fuisse familiaritatem cum Ausonio. Ex hoc loco intelligimus & Pontium Paulinum & hunc qui est huius autor epistolæ ex eadem Galliarum parte fuisse oriundos. Huius mentionem facit Gennadius in Catalogo scriptorum illustrum, sed opuscula recensens, de patria silens.

Vt etiam cunctas admodum.) Rursus admodum vsurpavit, vt apparet, pro propemodum siue pene.

Hilarius nuper.) Indicat se paulo ante Hilarij tempora fuisse. Hilarium recensuit Hieronymus, quæ & alios qui suis libris abunde nobilem.

Petronius.) Hunc recenset Gennadius in Catalogo declarans eum episcopum fuisse ecclesiæ Bononiensis in Italia, sed in monachorum institutis a puero exercitatum:

cuius opus ferebatur olim de vita monachorum Aegypti, sed eruditius, q̄ vt ipſus eſſe videretur. Proinde q̄dam patri huius aſcripſerunt, maxime cum ipſo opere, teſtetur fuiſſe ſe præfectum prætorio. Et nobilitatem hominis hic etiam indicauit. Q̄q̄ ſuſpicor hic Hilarij nomen perperam inductum, idq̄ colligo duobus potiſſimum argumentis. Primum q̄ e duobus alterū monachum, nempe priorem, alterum epiſcopum facit. At qui Petronius & Hilarius ambo fuerunt epiſcopi. Deinde q̄ mox in aceruo ponit & Hilarium, ſulte repetens, ſi hic ſeparatim poſuiſſet. Conijcio pro Hilario legendum Euagrium. is fuit monachus, & tñ monach⁹, Macarij diſcipulus: ſed eruditione facundiaq̄ præſtans. Nullos enim hic recenset, niſi aut claros imaginibus, aut eloquentiæ laude, aut vtroq̄ præſtantes: quo magis excitet ſuum Valerianum.

Firmianum.) Nempe Lactantium. Minutium, nempe cognomento Felicem, cuius meminit in libris ſuis Lactantius. Nam de Cypriano quid attinet dicere? Ioannis meminit Hieronymus. Is fuit Antiochenæ eccleſiæ præſbyter.

Euſebij Emiſeni Diodoriq̄ ſectator. Scripſit inter multa, de ſacerdotio.

Ex illo volumine.) Sēt it catalogum immēſum ſimiliū. Et alluſit ad voluminis vocem, cum dicit euoluere.

Surgunt indocti.) Subindicat Auguſtinum, qui libro cōfeſſionum octauo narrat huiusmodi verbis ſe ſibi indignatum, cum ex Poſitiani verbis audiſſet vitam Antonij, cum tamen Antonius haudquaſi fuerit indoctus. Niſi forte (vt fit) eam vocem ante ab alijs dictam ſibi uſurpauit Auguſtinus.

Uſq̄ ad Illyricum.) Eſt in epiſtola ad Romanos.

Vt tua apud te.) Hinc apparet Valerianum ſcripſiſſe, annales rerum Romanarum.

EUCHERII LVGDVNEN.

Palpamus metus nostros. Palpamus pro delinimus
ac blandimur.

Preciosissima quæq; gemma.) Præsertim hoc Plinius
admiratur in smaragdus.

Ajardus Amsteld, lectori.

Noli spernere, nec putare parui,

Quæ paruo liber iste venit ære.

Expendenda magis valore res, quæ

Magno corpore. pluris æstimatur

Quæ vastissima saxa, parua gemma.

Clari iuxta ac disertii viri Eucherii Lugdunen
sis episcopi ad Valerianum cognatum suum epistola
parenetica, ab amore mundi studioque pphane phi
losophie, ad veram pietatis, veraque sapientie studium
prouocans.

BEne alligantur vinculo sanguinis, quod vin
culo consociantur amoris. Sic & nobis quo
que admodum gloriari pro hoc ipso dei mu
nere licet: quos proinde charitas: ut propinquitas ne
erit coarctaturque in unum affectum due necessitudines
quarum alteram a parentibus carnis nostre accepimus:
alteram a nobis sumpsimus. Geminum hoc vin
culum: quo consociaturibus nos, hinc genere, hinc
dilectione) conectimur: hec me patulo latius ad te
exarare compulit: ut commedare a te tuo cam a te
tue: veraque illam tibi beatitudinem & eternarum rerum
capacem opus nostre professionis asserere. Nam cum te
equæ ac me diligam: necesse est ut summum bonum

assequi te: tanquam me alterum cupiam. Et quidem a
 professione vite sanctae pio & iam non abhorres
 ingenio: qui ea: quae sacrae institutiones docent: pre-
 uenisti in plurimis pre-coqua mortum felicitate: ut
 mihi videaris quaedam religionis officia: quasi per
 providam occupasse naturam: domini ac dei nostri iam
 in hac erga te indulgentia: cuius gratia est: quod di-
 uina in te doctrina bona sua, pro parte inuenire
 potest, pro parte conferre. Quis autem in maximos
 seculi apices patre soceroque elatus, illustribus ex
 utroque titulis ambiaris: ego tamen longe superioris in
 honoris fastigia concupisco: teque non ad terrenorum,
 sed ad caelestium: nec ad seculi, sed ad seculorum di-
 gnitatem voco. Certa quippe & inobliterabilis haec glo-
 ria est, eternitate gloriari. Loquar ergo apud te non
 sapientiam huius seculi, sed illam sapientiam arcanam, absconditam,
 quam predestinauit deus ante secula in gloriam nostram. Lo-
 quor tecum multo studio tui, mei admodum parum pro-
 uisum, quod plerumque te quod veli, quam in me quod possim considerauit.

Primum institutum atque in lucem editum horum officium
 est, mi Valeriane charissime, proprium cognoscere
 autorem, cognitumque suspicere, vitamque id est diuinum do-
 num, in diuinum officium cultumque conferre, ut quod deus
 munere sumpsit, dei deuotione consummerur, atque
 id quod ab eodem indignum cepit, eidem subiectum impendat,

Sana quippe opinione agimur, vt eductos nos sicut ab ipso, ita ipsi arbitremur. Vnde ille plene magnificeq; perspicit creatoris nostri in effingendo homine sententiã, quisquis ita intelligit, quod nos & ipse & sibi fecit. Optimum deinde est curã principalem animę impendere, vt que utilitate prior est, non sit cõsideratione posterior. Primas apud nos curas, quæ prima habentur obtineant: summasq; sibi sollicitudinis parteis salus, que summa est, vëdicet. Hęc nos occupet in presidium ac tutelam sui, iam nõ plane prima sed sola. Omnia vincat eo studio, quo præcedit omnia. Summã debemus obseruantiam deo, animę deinde maximã, atq; ita tñ istud est, vt quũ vtrũq; precipuũ sit, obseruari alterũ sine altero, nequaquã posse videatur. Ita quisquis deo satisfecerit, animę necesse est iam cõsuluerit: & rursus, qui animę cõsuluerit, necesse est deo iam satisfecerit. Sic de summo apud nos vtroq; res tráfigitur vtili coacta compendio, vt si quis vnũ sedulo impleuerit, vtrũq; contulerit: quia ineffabili benignitate diuina, ipsa utilitas fit dei sacrificiũ. Multus corporũ curationi vsus impeditur. Multũ huic operę in spem medelę datur. Nunquid medicinã aia non meretur? Et si varia corpori auxilia

studio tuendę sanitatis adhibentur: fas nō est ta-
 men animam velut exclusam iacere, & quasi ne-
 glectam morbis suis intabescere, atq; vnā a pro-
 priis remediis exulare. Immo vere plura animas
 conferenda sunt, si corpori tanta prestantur. Nā
 si recte quidam carnem famulā, animā vero do-
 minā esse dixerunt: non oportet posteriore loco
 nos dominam ponere, ac famulā iniquo iure pre-
 ferre. Merito poscit studia maiora pars melior:
 quia omni cura illuc respiciendum est, vbi sub-
 stantię nostrę abundantior dignitas consistit.
 Congruum nō est in hoc honore nostrę sollicitu-
 tudinis eam nos subūcere peiori. Caro siquidem
 procliuis in vitia ad terrā nos, tanq̃ in originem
 suā reuocat: hec vero veniens a patre luminū, si-
 cut ferri ignibus mos est, in superiora nitit. Hęc
 in nobis imago dei, hoc preciosum est diuini mu-
 neris pignus. Hanc omni ope, hanc summis via-
 ribus tueamur: hanc si regimus & conseruam⁹,
 dei depositum tuemur. Quis extruendī, nisi cū
 fundamenta ieceris locus est! Superēdificare cę-
 teras vtilitates destinanti, salus fundamentū est.
 Cæterum quomodo quispiam sequētia addat, si
 nec prima possederit! Vnde succedentiū augebi-
 tur incremētis, si anteriorū deficiatur exordiis.

h

Quomodo interesse putet beatitudini, cū desit
 etiā salutē: Indigens vitę, vnde abundare felici vi-
 ta potest: aut quid prodest si adiciat cibis, nō ha-
 bens vnde cōsulendū est animę: de qua & domi-
 nus noster Iesus Christus ait, Quid em̄ prodest
 hominī si mundum vniuersum lucretur: animę
 vero suę dērimētū patiatur! Proinde nō potest
 vlla compendii causa cōsistere: si constat animę
 interuenire dispendium. Vbi salutis damnū est,
 illic vtiq; iam lucrum nullum est. Quō enim lu-
 crum capiatur, nisi capiēdi sedes inconcussa ser-
 uetur! Atq; idcirco ad illud lucrū verū, ad illud
 sanctum expetendumq; commercium, dum tem-
 pus est properemus. Parere possunt ęternam vi-
 tam pauci dies, qui quidem dies etiā si illęsam
 atq; incōtaminatam vitę beatitudinem posside-
 rent: tamen quia pauci essent, paruo ęstimandī
 erāt. Nihil em̄ est magnū re, quod parū tempo-
 re: nec longis dilatur gaudiis, quicquid arcto
 fine cōcluditur. Breuem vtilitatem seculi istius
 breuia habēt cōmoda. Recte ergo etiā bono bre-
 uis vitę, perpetuę vitę cōmodum pręponen-
 dū videretur: quia illa esset temporalis, hęc ęter-
 na felicitas: quia fragile esset breuibus bonis per-
 frui, tutū gaudere perpetuis. Nunc vero ęterna

Vita beatissima est. Nā quid felicius æterna vita dici pōt: Hęc vero breuis ita breuissima: vt erummosissima: & quę vndiq; circūstatiū dolorū vrgetur incommodis, & deficientibus fatigat malis: dum accidentiū iactatur iniuriis. Quid enim tam infidum, tam varium, tam calamitosum: q̄ vitæ istius cursus est, quę plena laboris est, plena sollicitudinis, plena curarum: ipsorum quoq; plena discriminū & per ancipites distracta casus: fit corporis vexationibus inquieta, animi angorib; anxia, periculorum turbinationibus incerta. Quę itaq; vtilitas: quę ratio nō expeti bona æterna: sequi tēporaria: etiā mala! Nonne vides: vt etiam in hac vita quisq; prouidus: locū aut agrū: in quo diutius se commoraturū putat, copiosis in vsum farciat impendiis, & vbi paruo quis erit tēpore, parua prouidet: vbi maiore, maiora pcurat. Nobis quoq; quia impēntiarū breuissimū angustis coarctantibus tempus est, in futuro, secula erūt: competentibus copiis vitā exaugeamus æternā, competentibus instruamus exiguā, ne prouisione peruersa impendamus breui tēpori curā maximam: & maximo tempori curam breuē. Atq; haud scio: ad hęc beatissimā vitā qd compellere nos ocyus, aut efficaci; debeat: an ipa future vitę

commoda quę promittuntur: an præsentis vitę
 incommoda quę videntur. Inde nos illa bládissi-
 me prouocant, hinc ista vehementer exturbant.
 Proinde quum in meliorem partem etiam pessí-
 ma suffragentur: si bonis non illicimur, malís ex-
 trudamur. Ad incítamētum meliorum optima
 deterioribus concinunt: & in eandem vtilitatem
 diuersa concurrunt. Nā dum alia nos inuitant,
 alia fugant, in melius vtraq; nos sollicitāt. Nā si
 homínū quispiā clarus ac locuples in locū libero-
 rum te adoptaturus accíret, íres p̄ oppositas re-
 rum difficultates, & p̄ quíus lōgi recessus iter ve-
 status accurreres. Deus vniuersitatis rerūq; dñs
 te in adoptionē vocat, illud (si velis) tibi bládū
 filii nomē impertiēs, quo deū nostrū, vnicū suum
 nūcupat, & nō accēsus raperis: nō p̄perus vrge-
 ris: ne conditionē tātā celeri occursum mors festi-
 na p̄ripiat. Atq; ad hęc obtinēdā tu non inuias
 terre solitudines, nec lōginqui maris incerta pe-
 netrabis. Cū volueris hęc adoptio tui tecum est.
 Nūq; dnā segnes ac desides nos res ista habebit,
 iccirco qa tā prōpta, q̄ máxima: Quo durius cō-
 ditionē hanc dissimulatores experient. Tāto em̄
 nolētib⁹ p̄niciosior, quāto est volētibus prōptior
 Certe cupiditas vitę est istud, qđ nos in delecta

tionē rei p̄sentis innexuit. Ergo amātes vitā, hortamur ad vitā. Vera ratio est p̄suadēdi, cum id poscīt, vt impetremus a vobis qđ concupiscītis. Pro vita quā diligītis, legatiōe apđ vos sūgimur & hāc quā oēs exiguā amatis, insinuam⁹, vt ametis eternā. Quā quo pacto amemus nescio, si nō hāc quā amam⁹, esse q̄ spatiosissimā cupim⁹. Ita q̄ istud qđ & cū arctū sit placet, placeat magis, si potest esse p̄petuū: & qđ apud nos p̄ciū habet, cū finē habet, sit nobis supra p̄ciū, si potest esse sine fine. Rectū sit proinde minorē vitā p̄spexisse maiori, vt ad alterā nobis, sed per hāc, trāsitus cōstruat: quā vtiq̄ nō cōuenit sociāe commodis obliquis interuenire cōsiliis. Non se opponat vt obsit, vt noceat. Absurdū q̄ppe atq̄ cōtrariū est vt vitę detrimētū adferat amor vitę. Igitur siue vitā hāc cōrēndā putas, siue cōplectēdā: in vtro q̄ facilis negocii mei causa est. Nā si spernīt, vna est spernēdi ratio, vt melior appetat. Et si diligīt, tāto magis est diligēda, quę maior est. Ego tamē desiderauerim, vt hāc p̄ experimētis suis habeas, vt molestissimā atq̄ incertis fatigationib⁹ inquit tam (sicuti est) iudices: eamq̄ cū occupationibus spernas ac respuas. Abrumpat illa interminabilis seculariū negociorū catena, & ille de necessita

tibus multis vnus p totā vitā labor. Dirūpan⁹
 inanū curatū vincula, quorū succedētib⁹ sibi ne
 xibus implicamur, in qbus semper occupatio no
 stra quasi incipit. Remoueātur illē tam vacuē, q̄
 coherentes sibi causē, in quibus quoad viuūt, ⁹
 studium mortaliū, dum subinde negociis incho
 atur, nunq̄ finitur. Quarū rerū insatigabilis in
 tensio iam breuē & arctam per se vitā, hanc etiā
 arctissimam reddit. Per quē etiā, nunc vana gau
 dia, nunc acerbi mcerores, nunc anxia vota, nūc
 suspecti metus veniūt. Abiciantur postremo illa
 omnia, quē presentem hanc vitam faciunt breuē
 occupationi, longam dolori. Repudiemus mūdi
 parum fidī vitam vtrobiq; suspectam, apud quā
 perinde alta atq; humilia parū tuta sunt. Obte
 runtur humilitate depressa, nutāt celsa fastigio.
 Pone quē volueris statum, nō apud infima istic,
 non apud summa requiescitur, grauē turbinis
 sortem vtraq; conditio nō effugit: subiacet con
 tumeliē minor, maior inuidiē. Duē res præcipuē
 sunt, vt arbitror: quē maxime homines in nego
 ciis seculi vinctos tenent, & eblādītis sensibus ca
 pros illecebroso amore cōstringūt: opū voluptas,
 & honorū dignitas. Quarū prior non voluptas,
 sed egestas: sequēs nō dignitas, sed vanitas nūcū

pāda est. Hęc vtraq; alternis nodis irretitis, gref
 sus impedit fallax cōplexa collegiū. hęc pestiferae
 pectorib⁹ humanis blāda desideriiis vitia inspia
 rāt: defatigatasq; mentes mortaliū facili iucun
 ditate sollicitāt. Nā quid istis opibus, vt de his
 primū dicā perniciosius! quę raro nisi cū iniusti
 tia cōgerunt. Tali administratore res ista capit,
 tali custode seruat. Radix em̄, inquit Apl⁹, oīm
 malorū cupiditas. Adeo quaedā societas est pene
 etiā noīs, duab⁹ his rebus, vitiis & diuitiis. Nun
 quidnā non opes istae quaedā materia cōtume
 liarū est! Vnde etiā quidā nostrorū ait. Quid em̄
 aliud sunt diuitiae, nisi pignora inniūriae! Nun
 quid nō velut exposita improbis prēmia, factio
 sorū oculos aīosq; puocāt! p̄scriptionesq; ipsas
 quodam modo ostētant & inuitāt! Sed fac vt ista
 nō accidāt, nūquid quo post nos errātes, fugien
 tesq; cōmigrēt certi esse possum⁹? Thesaurizat,
 inquit ille, & ignorat, cui cōgreget ea. Sed fac vt
 veniat heres voto, nunqd nō sepe censum heres
 intercipit, opesq; congestas aut filius male edu
 ctus, aut gener male electus absumit! Quid di
 uitie iste in se voluptatis habēt, quarū est mise
 ra possessio, & incerta trāsmisso! Quo deu⁹ ac
 p̄ceptis hoīm amor raperis! Scis ea quę tibi obue

niunt diligere, & ipm te diligere nescis. Foris est
 qđ amas, extra te est quod cōcupiscis. Reuerte
 re potius in te, vt sis tibi tu charior q̄ tua. Cer-
 te si ad te quispiā rerum haud ignarus accedat,
 malis ipsum te amet, q̄ ista quę tecum sunt: idq;
 eliges, vt ille vitę tuę potius, q̄ opib⁹ tuis affectū
 suū cōferat. Vis hūc homini fidē seruare, nō re-
 bus. Quod tibi tribuere velis aliū, ipse hoc tibi, q̄
 es tibi fidissim⁹, tribue. Nos poti⁹ nos amemus,
 q̄ nostra. & hęc quidē aduersus facultates dicta
 sint. In honorib⁹ vero huius mundi, vt cętera
 taceā, quę æstimari dignitas potest rerū, cū ad
 hęc promiscue cū bonis malī ambitione cōscen-
 dant: & nō vnus meritū viros, vnus honor am-
 biat: dignosq; & indignos non iam discernat di-
 gnitas, sed cōfundat: Ita quę meliores deteriori-
 bus p̄ferre debebat, æquare cœpit, nouoq; modo
 optimi ac pessimi viri nusq; fere min⁹ discrimen
 est, q̄ in honore. Nōne honor maior est, hmōi ho-
 nore inhonorū esse malle, ac suis magis morib⁹,
 q̄ promiscuis honoribus æstimari? Atq; hęc ipsa
 (vt cūq; se habēt) q̄ trāsualantia, q̄ caduca sunt.
 Vidimus nuper viros honore cōspicuos, celsarū
 dignitatū insedisē fastigiis, & diffuso vsq; quaq;
 cęsu, per orbē patrimonia tetēdisse. Cupiditates

successibus vicerāt, rebus vora trāscenderāt, sed
 priuatas tātū felicitates reuoluo. Reges ipsi ma-
 gno sublimes imperio, gēmīsq; fulserūt: horū tea-
 gmīna (mirum dictu) textis irradiabāt metallis:
 diadema distinctis intermicabat ardorib⁹: splen-
 debat instructa palatinis aula cultibus: auratisq;
 trabib⁹ recta rutilabāt: eorū volūtates, iura homi-
 nū: eorū verba, leges appellabantur. Quis supra
 horū verticē potest temporis felicitate cōsurge-
 re? Ecce eorū ille ambitus nusq; est: affluentissime
 quoq; opes abierunt: transferūt ipsi tantarū opū
 dñi. Recentium etiam inclutorumq; regnorum
 apud nos iam quædā fabula est. Omnia illa, quæ
 hic erāt magna, modo iam nulla sunt. Nihil, vt
 puto, imo vt certo scio, ex illis opibus, honorib⁹,
 regnis secum abstulerūt, nisi (si qua in his fuit)
 fidei pietatisq; substantiam. Sola hæc illos, cæte-
 rarum rerum egenos, solos prosequitur: hæc ab-
 euntes inseperabilis, & quasi fida comitatur. Illa
 nunc ope aluntur, in illis nunc diuitiis, in illis
 tantum honorib⁹ acquiescūt. Hæc bona nūc in
 beneficiis habent. Quapropter si honorib⁹, opi-
 busq; capimur, veris opibus, veris honoribus ex-
 citemur. Optimus quisq; in caelestes honores, in
 caelestes opes: terrenos honores, terrenas opes

transfert: illuc utiq; vbi bonorū ac malorū summa & incōfusa discretio est: vbi qđ semel adipiscimur semp tenemus: vbi si loc⁹ obrinēdi vllus fuerit, amittēdi nullus erit. Sed qñ de fragili tēporaliū bonorū possessione diximus, aliquid etiā nobis de ipsius brevis vitę cōditiōne dicēdū est. Quid istuc quęso, quid istuc est? Nihil ita quotidie homines, vt mortem vident, Nihil ita obliuiscuntur vt mortē. Agitur humanū genus rapida in occasum mortalitate, oīsq; posteritas succedentium seculorum lege decurrit. Patres nostri præterierunt, nos abibimus, posteri sequuntur: velut ex alto vndarum iactus alijs atq; alijs superuenientibus, in litoris extrema franguntur, ita in terminum mortis succidue allidūtur etates. Hęc nos cōsideratio diebus ac noctibus: hęc nos conditionis nostrę memoria circūstrepit. Debitum vitę finem iam iamq; affuturum putamus, qui nobis tanto magis appropinquabit, quāto magis distulit. Vicinum speremus diem, longinquū esse nescimus. Præparemus, vt scriptū est, ad exitum vias nostras. Si cogitamus ista, si ista meditamur, non timebimus mortem timendo. Beati qui vos iam recōciliastis Christo. Non magnus mortis istos timor insistit, qui iā dissol

ui optant & esse cum Christo: qui summū vitæ
 istius diē iā paratū, iam quieti in silētio expectāt.
 Non em̄ multū refert, quando finiāt temporari-
 am, qui transeunt in eternā. Ad negligentīā vi-
 tæ, non nos negligentīū turba persuadeat: nec ad
 damnū proprię salutis, alienis ducamur errori-
 bus. Quid nobis in illo dei iudicio pderit multita-
 rudo, vbi singuli iudicabunt: vbi sola examina-
 tio meritorū, actus quę nō populus absoluet.
 Cessēt, cessent solatia malefuada discriminis. Ni-
 mirū præstat vitā propagasse cū paucioribus, q̄
 perdidisse cum pluribus. Atq; ideo non nos ad
 incuriā peccatorū, sola peccantiū numerositas p-
 trahat: neq; hoc q; sibi alii parum consulūt, quæ-
 dam nobis efficiatur authoritas. Obsecro te, de-
 lictum alienū semper vt opprobriū respice, nun-
 q̄ vt exēplum. Qd̄ si libet oculos ad exempla cū
 ferre, in illorū potius intende partē, qui licet pau-
 ciores sint, tamē sunt in sua parte copiosi. Illam
 inquā respice, in qua sunt, qui sapiēter intelligūt,
 quapropter nati sint: & utiq; dū ad viuūt vitæ
 suæ causam agunt: qui vtili opere insignes atq;
 egregia virtute præstātes, præsentē vitā excolūt,
 futurā serūt. Nec solū copiosa horū exēpla, verū
 etiam magna non desunt. Nam quæ mundi no-

bilitas, quæ honores, quæ dignitas, quæ sapientia, quæ facundia, quæ literæ: non se iam ad hanc cælestis regni militiam contulerunt! Quæ sublimitas non iam se ad istud leue cæleste iugum cum deditioe submittit! Et sane supra omnem errorem atq; ignorantiam est dissimulare quemq; negotium salutis suæ. Possẽ etiam, nisi lōgū esset, multos ex innumeris nominatim retexere: quanti in seculo illustrium virorum, hanc arctiorẽ diuini cultus obseruantiam vitamq; sectati sunt, quorum tamen exempla, ne coniuncta penitus omittam cursim pauca subnectam. Clemens vetusta profapia senatorum, atq; etiã ex stirpe Cæsarium, omni scientia refertus, omniumq; liberalium artium peritissimus, ad hanc iustorum viã transit. Itaq; etiam in ea excellenter effloruit, vt principii quoq; apostolorum successor extiterit, Gregorius e Põto sacerdos, philosophia primus apud mundum, & eloquentia præstas, sed postea maior præstantiorq; virtutibus, adeo vt sicut de hoc historia nostræ fides loquitur, inter reliqua admirabilium signa meritorum precibus huius atq; orationibus mons referatur secessisse: lacus exaruisse. Alius item sanctus atq; eiusdem nominis Gregorius, æque literis, ac philosophiæ dedi

tus, caelestem hanc philosophiam concupiuit. Cuius etiam, quod ad rem pertinet, nequaquam silendum videtur. quod Basilium studiis prius secularibus familiarem sibi, ut rhetorices adhuc professioni vacantem: auditorium eius ingressus, manu hunc apprehensum schola abduxit dicens, Omitte ista: & da salutem operam: & postea uterque memorabilis sacerdos: reliquit uterque in ecclesiae nostrae libris ingenii sui preclata monumenta. Paulinus quoque Nolanus episcopus peculiare & Beatum Galliae nostrae exemplum: ingenti quondam diuitiarum censu, vberissimo eloquentiae fonte, ita in sententiam nostram propositumque migravit: ut etiam cunctas admodum mundi partes eloquio operibusque resperferit. Hilarius nup: & in Italia nunc antistes Petronius, ambo ex illa plenissima (ut aiunt) mundanae potestatis sede, vnus in religionis, alius in sacerdotii nomen ascendit. Et quando clarissimos factidia, Firmianum Minutium, Cyprianum, Hilarium, Ioanem, Ambrosium: ex illo volumine numerositatis euoluam: Dixerant credo: & hi sibi: quod quidam nostrorum ait: cum se a seculo in hanc beatioram vitam hoc velut stimulo concitaret: dixerant credo. Quid hoc est? Surgunt indocti & caelum rapiunt: & nos cum doctrinis nostris ecce vbi

in carne volutamur & sanguine! Dixerāt istud,
 & iccirco ipsi postea vim intulerūt regno cęlorū
 Prolatis ex parte, quos maior fidei nostre feruor
 habuit, seculi philosophia, eloquētia honoribusq;
 perfunctos, ad ipsos iā reges, & illud caput mun-
 di veniā: neq; nunc cōmemorādos putabo omēs
 superiores illos religioni deuotos & regię digni-
 tatis viros, solū mihi insignes: Dauid pietate: Ios-
 fias fide, Ezechias humilitate: ex memoria ve-
 nerandorū promentur annalīū. Nonnulli quoq;
 ex recentioribus extiterūt, atq; hac nostra tempe-
 state principes: qui ad agnitiōē veri regis pro-
 prius accesserūt: summūq; illū dominorū dominū
 summa cordis contritiōe cōfessi sunt: attētā, di-
 uinę maiestati reuerētiā etiā vterq; sexus ex au-
 la exhibuit. Hi potius idonei vt arbitror, ad emu-
 landū proponant: quorū exempla quum habeāt
 de futuris salutē, habent de p̄sentib⁹ autoritatē.
 Cernis vt etiā dies atq; anni & cuncta hęc orna-
 menta cęli dei verbū, mandatumq; infatigabili
 obseruatione conseruent: p̄ceptorūq; eius cu-
 stodiant irremissā lege famulatū. Nunquid nos
 quorum ista vsibus fabricata sunt, quorū lumina
 ingesta sunt, cęlestium mandatorū nō ne-
 scii: nec diuinę voluntatis ignari p̄ceptum dei

surda aure transibimus! Et his quidem predictis
 mundi adminiculis, quid in secula obseruaret se
 mel iussum est: nobis vero tot voluminibus diuinae
 legis iteratur imperia: ad haec saltem (quod
 homini ipsi attributum est) voluntati auctoris pare
 re, preceptisque eius vacare discat: quia omne istud
 dum prebet ministerium, prestat exemplum. Et tamen
 si qui ad autorem suum redire nolunt: num ideo
 dominum suum vitare possunt! Aut quo suppetit,
 ut fugiant, qui a deo se auertunt! Audiatur, sancte
 David, audiant te dicentem: quo ibo a spiritu
 tuo & a facie tua quo fugiam! Si ascendero in
 caelum tu illic es: si descendero ad infernum ades:
 si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero
 in extremis maris, etiam ibi manus tua deducet
 me, & tenebit me dextera tua. Ergo illi velint,
 se domino vniuersitatis & si voluntate auferunt,
 iure non subtrahunt. Illi quidem affectu absunt:
 sed ille dominatu adest: ita (quod improvidum &
 incosultissimum est) errantes clausi, viuunt extra
 considerationem domini & intra potestatem. Et si vnus
 quisque de fuga famulum minaci indage sectatur, etiam
 quae declinantem se, iuris sui assertor insequitur,
 quare non de semetipso celestis domino ius suum reddit:
 seruitutisque comprimunt se, in famulatum eius voluntate

taria oblatione dedit, æquus utiq; tam sibi q̄ in
 se arbiter! Cur in præsentium rerum oblectabili
 defigimur aspectu! Quur his tantū libet incubare:
 quæ cernimus! Nūquid luminibus istis tm̄ vi-
 uimus: aut solos in vsum gestamus oculos! Vi-
 uimus quoq; & auribus, vt possimus inhiare p̄-
 missis. Magni nos per hanc quoq; corporis par-
 tem affectus trahunt. Quæ spondetur, quæ præ-
 dicantur: feruentibus votis, instantibus deside-
 riis expectemus. Fidem promissorum, fidelis ille
 autor inculcat. Ambiamus ad optima quæ pole-
 licetur. Qz̄q; si ipsis quoq; oculis bene & vtiliter
 vri volumus, per istos etiam in futuroꝝ cupidi-
 tatem magna ex parte raptamur: si admiratio-
 nem, quam ex mundi contemplatione capimus,
 retorqueamus in ipsum tantæ machinæ autorē:
 aut si cogitemus quantus in posterum splendor
 lucis possit luminibus occurrere, quum se nunc
 tantus insinuet: q̄ magnifica fulgebūt perpetuis
 forma rebus, quū sit nunc tā speciosa perituris.
 Nō ergo oportet in deteriorem nos partē officia
 sollicitare mēbrorum: commode poti⁹ in vtrāq;
 temperentur vitam: sicq; custodiant temporarię
 vsum: vt æternæ non abiciant ministeriū. Qz̄ si
 nos ista auocatio atq; amor iuuat: & ipsum senē

sum oblectatio sollicitat: est plene hic amor sum
 mæ voluptatis: est non solum quod amari effu-
 sissime possit: sed & quod maxime debeat: iucun-
 dum, præclarum: vnicum, æternum bonū. Deus
 inquam noster cui possis tam magno q̄ pio igne
 flagrare, si in locum anteriorum cupiditatū pre-
 ciosa rursus desideria succedunt. Si te in aliquo
 capiebat rā magnificę rei dignitas, nihil illo ma-
 gnificētius. Si te aliquid, velut aprum glorię ac-
 cōmodatumq; rapiebat, nihil illo gloriosius. Si
 ad splendida fulgentium rerum ducebaris visu,
 illo nihil clarius. Si ad speciosa trahebaris intui-
 tu, illo nihil pulchri⁹. Si in aliquo te amplecti pu-
 tabas veritatem, illo nihil veri⁹. Si in quoq; suspi-
 ciendā largitatē credebas, illo nihil munificēt⁹.
 Miraris quod purū est atq; simplex: nihil illa bo-
 nitate syncerius. Sollicitaris affluentū rerū co-
 pia: nihil illa abundātia copiosius. Diligis aliquid
 tanq̄ fidū: nihil huius firmitus est fide. Amas ali-
 quid vt cōmodū: nihil cōmodius est huius ipsi⁹
 amore. Est aliquid quod te vel seueritatis, vel iu-
 cunditatis specie trahat: nō est magnitudine il-
 la, dignatione illa quicq; aut terribilius, aut blā-
 dius. Requiritur in aduersis benignitas, in p̄spe-
 ris suauitas: vnicū est ex illo, aut in lētis gaudiū,

aut in mœstis solamen. Itaq; ratione plenissimū
 est, te illū, in quo habēas oīa, amare præ oībus.
 Diuitiæ, & quæctiq; illa sunt, quæ te nunc amoe
 nitatib; suis obtinēt, nō solū itera ipsum, sed etiā
 ab ipso habētur. Male haecenus amor sparsus, di
 uinis deinceps reddat excubiis: vaga adhuc affe
 ctibus suis, in sacros reducat vsus iā casta chari
 tas, dilectionēq; opinionibus deuiā, cohibito erro
 re, castigās dirige, atq; in deū amorē cōfer tuū:
 quia & quicquid nunc amas, suū est, suū inquā
 suū est. Est em̄ tantus ille, vt qui nō amat eum,
 inique quidem: sed tñ nō nisi eius quicq; amare
 possint. Sed tamen consideret, velim arbiter iu
 stus, æquū ne sit diligere opus opifice neglecto,
 derelictōq; omnium creatore rerū, in rem hui; cup
 piditatibus suis passim atq; indifferēter incurre
 re: cum vtiq; deū oportuisset illicere ad amorem
 suū, vel per hūc ipsum affectū suorū operum. Et
 nunc homo auersus in indignorū tantū figmen
 torum desideria atq; officia cōuertitur, animisq;
 incongrue dissidētibus appetitor artis, desertor
 artificis: complectitur speciem, cuius non mira
 tur autorem. Et quid de illa tam magna multi
 tudine dulcedinis suæ diximus: aut quid de tāta
 & tā ineffabilis boni suauitate, sancto ac profundo

charitatis eius thesauro elocuti sumus: aut quādo in quoq̄ de illo q̄q̄ valebit rei ipsius fando cōsequi dignitatem: Amare ergo eum iam non voluptarium tātum, sed etiam necessarium esse dicamus. Impium quippe est hunc nō diligere, cui rependere non queas etiam cum dilexeris. Inuitissimum est, vt rei quę potis tribuere nolis, cui etiam si velis, repensare nō possis. Quid enim retribuemus domino, pro omnibus quę retribuit nobis: Quid retribuemus, vel pro hoc tantum, q̄ per fidem homini salutem dedit, statuitq̄ vt id q̄ facillimum factu esset, per quod spem orbi terrę, ac vitam mortalibus propagaret: Et vt ad ista descendam, illa aliquando externa omnia, id est nationes, & regna, putas ne ob aliud in ditionem ac ius celsisse Romanum, & ob aliud magnam partē generis humani in vnū transfisse populum, nisi vt facilius tanq̄ medicamentū per corpus vnū, ita per vnā gentē fides infusa penetraret, & vt capiti ingesta, velociter se p̄ mēbra diffunderet: Alioqui non ita cucurrisset inter crebras & discrepantes ritibus linguisq̄ gentes, nec tā longe per nouorū semper graduū obiecta transisset. Deniq̄ beatus Paulus per hūc eūdem populum determinans fidem, scribit se ab

Hierosolymis vsq; ad Illyricum Euāgelio Christi cuncta repleſſe. Quādo autem iſtud inter nationes aut multitudine innumeras, aut immanitate barbaras extitiſſet? Inde eſt q̄ nunc terra a ſoliſortu & occaſu, ab aquilone & mari Chriſtū reſonat, qđ ad vitā omnia mūdi latera concurrunt, dum fidem Thrax, fidem Libys, fidem Syrus, fidem receperat Hispanus. Magnum ergo ex hoc diuinę pietatis argumentum eſt, q̄ ſub cęſare Octauiō, cum vtiq; Romana poſſeſſio verticē tenuit, tūc ſe de⁹ terris dedit. Itaq; vt tua apud te proferam, cū ab ortu regni huius centeſimus & octogeſimus quintus fere ſupra milleſimum, verratur annus: quicqđ vel ſub illa primū dominatione regū vetuſta, vel ſub illa deinde gemina adminiſtratione conſulum, Romano acceſſit imperio, omnia Chriſti aduentūi præparata, & diffundendę fidei prouiſa. poteſt ſi quis idoneus eſt aſſertor, oſtendere. Nos ad propoſitum reuertamur. Nolite inquit diligere mundum, neq; ea que in mūdo ſunt: quia omnia hæc cōſpectū noſtro inſidioſis coloribus lenocinant. Viſ illa oculorum attributa lumini, nō applicet errori, & cū vtiq; vſibus pateat, nō admittat cauſas mortis. Carnis deſideria vt egregie Apoſtolus ait, miliſ

tant aduersus animam: omniscq; illis in perniciã nostram clademq; procinctus est: peruigilem (cũ insurgunt aduersum nos) stationem tenent, externorum plane hostium more: dum sibi tãtum virium acquirunt, quantum nobis subtrahunt. Ita ego hactenus de inextricabilibus seculi insidiantis illecebris, de honoribus, opibusq; fermocinatus sum, tanq; si iucundus blandimentis suis mundus vigeret. Quicquid est illarum rerum facies, adumbratis quondã nitoribus expolita iam obsoleuit, omiscq; fucatus splendor intercidit. Vix iam hoc habet mundus vt fallat. Perit imago illa rerum ad decipiendum vsq; decora. Prius nos seducere vero cogitabat fulgore, nõ poterat: prope iam nõ valet & ipsa nos falsa ostentatione corrumpere. Solidis bonis carebat, ecce deficit etiã caducis. Non hunc, aut ad tempus speciosa orant, aut in posterum, mansura confirmant: nisi nosmet ipsi decipim⁹, pene mūdus decipere nos non potest. Sed quid dissimulamus ea exprumere, quæ fortiora sunt! Dissipatas loquimur opes, mundi, cũ iã ipse mūdus in finem suum vergēs spatiis agatur extremis. Quanto istud maius & grauius est, q; iam ipse non in longũ erit! Quid cõmemoramus attritã eius rē ac supellectilem!

Nec immerito in defectū viribus quo cōsumptis
 vrget, amminiculisq; suis destituit, cū iā in seniū
 nutantī onere succumbat. Postrema mūdi atas
 referta est malis, tāq; morbis senectus. Visa sunt,
 videnturq; iādudum ista cano seculo, fames, pe-
 stilētia, vastitas, bella, terrores. Hi sunt in vltimis
 iam annis languores sui. Hinc sepe illa celi cernū
 tur signa, motusq; terrarū, permutatae temporū
 vices, monstruosę animantiū fœcunditates: quæ
 omnia adhuc procedētis p̄digia sunt tēporis, sed
 iam deficiētis. Atq; hoc non infirmitatis nostræ
 verbis, sed etiam apostolicę autoritatis cōfirmat
 eloquiis. Illic enim legitur, in nos fines seculorum
 deuenerūt. Quod cum iam dudum dictum sit,
 quid cunctamur! qd expectamus! Vrget nos dies
 ille iā non noster t̄m, sed & seculi. Omnis hora il-
 lud debite resolutionis admonet tempus instare,
 cū ancipiti periculo finis alternus, & discrimē ge-
 minum vnā omnibus morrem minatur. Incūbit
 mihi misero iam mundi mortalitas, tāq; mihi nō
 sufficiat ad terrorem mea. Quid palpamus mea-
 tus nostros! Securitari locus nō est, quādo termi-
 nus, in nos impēdet indifferēter, singulorū hinc,
 hinc omniū. Quo magis est in hoc non iā dicam
 seculi exitu, sed vel in hoc rerū eius defectu ho-

mínimum miseráda cōditio: quí sibi nec futurorū
 spem gaudiorū reponūt, quí iucunditate presen
 tisi nō fruátur. Voluptatem vitę breuioris non
 capiunt, perpetuę sperare nō possunt. Bonis tē
 poralibus nō vtuntur, non vtentur aternis. Hic
 rei parum, illic spei nihil. Dolendus profus atq;
 miserandus hominis status iste est, nisi forte fa
 ciat de acerbissima conditione congruam neces
 sitatem: nisi ob hoc ípsū ad potiora vtilitatis
 suę remedia se corrigat, cōtendatq; ad illa salu
 brioris vota consiliū: præsertim cum ita dilacera
 ta presentis temporis res sit, vt quí vnus futu
 ri seculi cōmodū perdit, vtriusq; perdiderit. Dí
 rigenda est omnis animi intentio in spem futu
 ri: quā spem vt plenius ac manifestius cōsequa
 ris, aperire eā etiā sub alicui⁹ exēpli cōditioe, nō
 abnuā. Si cui aliquis quīq; hodie ex ere denarios
 offerat, qngētos vero aureos in crastinū spōdeat,
 optioēq; offerat, vtrū es ad presens sumere, an
 aurū mallet in posterū: dubiū ne est, qn præpter
 grandia illa munera cū parua mora! Tu quoq;
 breuis huius atq; æternę vitę cōditioe pspecta,
 nū elígas cape vilia, cū sperare possis p̄ciosa! Nō
 est tātí sumpsisse parua, quātí est expectare qua
 magna sunt. Qz si omne hoc fragile, qđ in mūdo

est, & videmus, & capimus, spei vero a sperando inditum nomen est: manifestum est, nequaquam in hoc seculo spem possideri: in quo his quae intuemur, & fruimur. Spes enim quae videtur non est spes: nam quis quid videt quod sperat? Ergo quaecumque illa spes rebus miscetur humanis, querenda est in futurum: alioqui nec spes appellari potest, si non speratur. Itaque manifestior in futurum rem spei sequimur, quam spem rei in presentibus experimur. Ecce ea quae nobis in ipsos oculorum admouetur obtutus, non absolute quasi oppressis visibus intuemur: multo vero certius in ea, quae eminus offeruntur velut expeditis luminibus intendimus: ita fere euenisse de presentibus futurisque non est ambiendum. Nam praesentia tanquam in oculos ingesta non recte cernuntur: futura tanquam ab oculis reducta, manifestissime perspiciuntur. Neque hanc fiduciam futurorum incerto autore presumimus, sed domino nostro IESV Christo, verissimo sponse veritatis: qui iustis interminabile regnum, & ampla beatissime eternitatis premia pollicetur: qui etiam per ineffabile sacramentum assumpta carnis idem homo & deus reconciliauit hominem deo: ac magno absconditoque mysterio passionis, mundum crimine absoluit. Itaque manifestatus est

in carne, iustificatus est spiritu, apparuit angelis, predicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria: propter quod deus eum exaltravit, ut omnia confiteantur nunc in caelo & in terra, & in mari & in abyssis: quia dominus IESVS in gloria est, rex & deus ante secula.

Quin tu repudiatis illis philosophorum praeceptis, quorum lectioni operam ac ingenium ac comodas, ad imbibenda Christiani dogmatis studia animum adiacis! Illic quoque quo factitia tua atque ingenium exercentur inuenies, breuique tibi liquebit, quanto haec nostra, id est pietatis veritatisque praecepta illis philosophorum praeceptis praeferi debeant. In illis namque eorum praeceptis, vel adumbrata virtus, vel falsa sapientia: in his vero consummata iustitia, solida veritas continetur. Vnde licet dicere, philosophiae alios nomen usurpasse, nos vitam. Etenim qualia ab his dari possunt praecepta viuendi! Causam nesciunt. Ignorantes enim deum, & statim ab exordio iustitiae declinantes, consequenti in caetera feruntur errore. Sic fit postea, ut studiorum talium finis sit vanitas. Si qui apud illos honestiora definiunt, huic iactantiae deseruiunt, huic laborant: ita apud eos non est vacua vitii abstinentia vitiorum.

Hi itaq; sunt, sicut scriptum est, qui terrena sapiunt. Vnde manifeste ostenditur, veram eos iustitiam, veram sapientiam non videre. An ne aliquis ex illa Aristippi schola veritatem videbit, qui ingenio suo a suis aut pecore nihil differt? cum beatitudinem in corporis voluptate constituat, cui deus venter est, & gloria in pudendis eius? Hic honestum iustumq; precipiet, apud quem prodigus, impudicus, adulter philosophatur? Sed alius aduersus philosophos dicendi locus reseruetur: ego ad hec veniam, propter que tecum loquor. Omitte iam illas, quibus oblectaris, maxime generales eorum sententias, breuiter ex omni disputationis genere collectas, atq; ad studia te nostrorum & scripta conuertere. Ibi tu optime petus tuum multifaria instructione satiabis. Ibi ad inculcandum fidem, non his quidem verbis, sed tamen ista dicetur tibi. Verbum dei, qui non credit, non intelligit. Ibi tu admonebere dominum, quia dominum vocas, metue: quia patrem, dilige. Ibi tu, veras discas hostias audiendo, Acceptissima deo sacrificia sunt, iustitia & misericordia. Ibi tibi istud insinuabitur, si amas te, proximum dilige, quia nihil magis commodis tuis dabis, quam quod contuleris alienis. Ibi tibi precipietur, nullam esse cau-

lam tam dignam putes, qua tibi iusta fiat mors
 hominis. Illic aduersus illicita moneberis: libidia
 ni resiste, tanq̄ hosti acerbissimo: qui insultare vi
 ctis etiam contumelia corporis gaudeat. Illic ne
 concupiscas, istud edoceberis: melius est nolle que
 non habeas, q̄ habere que velis. Illic ne irascaris,
 hoc ingeretur. Qui prouocatus irascitur, tunc
 solū non irascitur, cum non prouocatur. Ibi etiā
 de inimicis audies: amato non amantem, quia
 amantem vix vllus non amat. Illic sapius tibi id
 iterabitur. Thesaurum is bene recondit, qui in
 digentibus diuidit. Perdere enim iam non pote
 rit, quod largiēdo collocauit. Illic etiam felicio
 ra suadeberis, cum dicetur. Fidelium coniugio
 rum fructus est continentia. Ibi tu discernenda
 cognosces, cum audies. Mala seculi huius iustis
 iniustisq̄ communia sunt. Ibi tibi istud audien
 dum offeretur. Maior egritudo est languere ani
 mam vitis, q̄ corpus morbis. Ibi tibi ad comen
 dandam pacem istud pronuntiabitur. Impatien
 tibus similitudo morum causa discordiæ est. Ibi
 ne sequaris malos istud audies. Prudentem & sa
 piens informat, & stultus. Ille quid imitandum
 sit docet, iste quid vitandum. Illic & ista proferē
 tur. Multa profunt nescientibus. ideo non mi

nor est dei in aperto q̄ in aperto benignitas. Illic admoneberis. Gratias deo non magis in prosperis agas, q̄ in aduersis: & cum prospera sint, te non meruisse fatearis. Illic tibi etiam remiora patefient, cum ista prædicabuntur, Fatum non esse. Interrogent gentes vel leges suas, quæ utiq; non puniunt, nisi factorum voluntatem. Illic audies ad custodiendam puritatem & ista præcipi. Si vis esse verax, suspicax non eris. Non enim suspicamur, nisi qd̄ nescimus. Ibi de sublimioribus quoq; istud audies: deo mente defixus: a passionibus cum titillatur, a caelo in terram deuoluitur. Ibi tibi & hæc memorabuntur: cum hic mali interdum bona capiant, boni malis afflictentur: qui futurum dei iudicium non credunt, iniquum (quod absit) deum iudicant. Illic tibi suggeret etiam in secretis tuis qd̄ velis homines nescire, ne feceris: qd̄ deum, ne cogitaueris. Ibi tibi contra omnem fraudem dicitur. infelicius est decipere q̄ decipi. Illic & aduersus iactantiam consummatoria tibi hæc præcipientur. vanitatem tanto magis fuge, quanto melior efficeris. Cætera enim vitia crescunt virtutibus, vanitas virtutibus. Et ista quædem pauca de studiis carprim ac breuiter prælibata sunt, Quod si ad fontes ipsos sacri eloquii

scrutator accesseris: ibi tu nō exteriora magis q̄
 interiora mirabere. Ita scriptura dum intrinse-
 cus radiat, velut preciosissima quæq; gemma in
 profundum fulgorem, considerantium demittit
 oculos. Hoc tu caligantem mentis aciem nequa-
 q̄ refugus insuesce, hoc interno ac salubri cibo
 discite animæ famem pascere. Per opus miserantis
 domini id fore non diffidimus, vt nostrorum ap-
 petens, & dissimulator tuorum inania fastidias
 & solida concupiscas. Imprudentissimum est, cū
 pro nobis fere tam multa deus fecerit, nihil nos
 metipso fecisse pro nobis: cumq; ille in operibus
 suis ad commoda humana respexerit, hominem
 nolle sibi consulere. Cōsulimus vero, si nos in dei
 cultum affectumque reddimus. Vera quippe be-
 atitudo est, seculi beatitudinem spernere: negle-
 ctisq; terrenis in diuina flagrare. Proinde iā nūc
 omnia dicta factaq; tua ad deum, vel propter de-
 um dirige. Obtine vt tibi comes semper sit illa,
 & tibi custos erit. Tam fida est innocentia. Ma-
 gnum est virtutem sequi, nosq; ei aliquid pro vi-
 rili portione conferre. Nec pauendum est ne se
 ab iis quæ vsu inoleuerunt, animus per melio-
 rem vitam non valeat absoluere. Idem ille cui sa-
 nandos nos tuendosq; offerimus, vires præstat

affectui. Vnde autem vt vel æstimatione com-
 prendere valeat quisq̃ futurorum remuneratio-
 nem bonorum: Ecce hîc diuina, vt cernimus, mu-
 nificentiã cunctis promiscuum vsum clarissimæ
 lucis indulgit. Dat̃ pio & impio communem spe-
 ctare solem, omnibus creatura famulatum suum
 benignis seruat officiis, bonorum malorumq; to-
 tius mundi indiscreta possessio est. Cum hîc igit̃
 tur tã præclara deus iustis pariter & iniustis tri-
 buat, qualia sunt putãda, quæ iustis reseruat: Cõ-
 sideremus qui tanta dedit, quanta restituet, qui
 tam magnus est in donis, q̃ magnus erit in præ-
 miis. Si tã inæstimabilis est munerantis benigni-
 tas, quæ erit illa remunerãtis: Ineffabilia sunt, quæ
 præparauit deus iis, qui diligunt eum, recte pla-
 ne atq; manifeste, quia vere immensum est. Quæ ma-
 gna repondet bonis, qui tam magna largitur in-
 gratis: Circunfer oculos, & de pelago negotiorũ
 tuorum, velut in quendam professionis nostræ
 portum prospice, proramq; conuerte. Vnus hîc
 portus est, in quem nos ab omni fluctuantis secu-
 li iactatione referamus: quem inter irruentes mũ-
 di turbines fessi petamus. Huc cunctis confugiẽ-
 dum est qui frementis seculi tempestate vexant̃.
 Hic statio fidissimã, & ges certa, Hic late recessus

EPISTOLA PARAENETICA. Fo. LXXII.

exclusis fluctibus silet. Hic blanda tranquillitas
serenum renidet. Huc cum fueris delatus, tuto
nauis tua post inanes labores, hic ad crucis anco
ram fundata retinebitur. Sed iam proluxior scria
ptorum pagina modum poscit. Vim caelestium
preceptorum arte, breuiterq; collectam in sum
mam accipe, ad dei honorem. Hæc sunt manda
ta omnia, ignosce, meq; agnosce.

F I N I S.

¶ Sub prelo Ascensiano, ad Calendas Ianua
rias, M. D. XXIII. Supputatione Romana.

